

August Varenius Justus Christoph Schomer

Disputatio Inauguralis Theologica De Obiecto Adorationis Religiosae

Rostochii: Kilius, 1677

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737561939>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 28. Aug. 1677

Varenius, August/a

~~Schemerus, Just. Christ.~~

CELESTIAL
COSMOGRAPHY

DISPUTATIO INAUGURALIS
THEOLOGICA

De

OBJECTO AD-
ORATIONIS RE-
LIGIOSÆ, 76

Quam

Annunte Summo Numine,

Ex decreto

Venerandæ Facultatis Theologiæ,

PRÆSIDE

Viro maximè Reverendo, Magnifico atq; Excellentissimo,

DN. AUGUSTO VARENIO,

S.Th.D. Seren. Ducum Meklenb. Consistorii

Assessore gravissimo, Professore Theologo celeberrimo,
Facult. Theol. Seniore, & p.r. Decano spectabili,

Dn. Patrono, Præceptore ac Hospite suo atatem venerando,

Pro impetrandis summis in Theologiâ honoribus

& privilegiis Doctoralibus

publico Eruditorum examini sistit

JUSTUS CHRISTOPHORUS SCHOMERUS,

LUBECENSIS.

ad d. 13. Augusti, Anno 1677.

in Auditorio Majori horis ante & pomeridianis.

Rostochii, Typis Hæred. JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

1677

DISPUTATIO INAUGURALIS
THEOLOGICA

De

OBIECTO AD
ORATIONIS RE-
LIGIOSAE.

Ab

Admunt. Joanne Kossak
Ex decano

Venerabilis Facultatis Theologicae
PRESIDE

Quo maxime Reverendo, Theologo et Reg. Consistorio

DR. AUGUSTO VARENI

St. Th. D. Scien. Doct. et Reg. Consistorio

Alte. Facultatis Theologicae, Theologo et Reg. Consistorio

DR. JOHANNES KOSAK

Ex decano Facultatis Theologicae et Reg. Consistorio

et Privilegiis Doctoris


et Reg. Consistorio et Reg. Consistorio

JUSTUS CHRISTOPHOREUS SCHOMMERUS

HERZENS

in Auctoritate Magistratus et Reg. Consistorio

Reg. Consistorio, Theologo et Reg. Consistorio





בהנה
THESIS I.



Ari aliquod objectum, religiosè adorabile, omni homini, etiam post amissam imaginem divinam, naturaliter notum est (a), etsi non formaliter per ideam expressam, & ipsis objectis sensuum clariorem (b), tamen habitualiter & actu primo, theoreticè saltem notitià, idq; non per modum potentie criticæ aut intellectivæ, sed habitus connati; (c) quæ

cognitio argumentis sat firmis nixa (d), nec ex merâ consideratione creaturarum resultans (e), penitus & invincibiliter ex animo abesse nequit * (f), etsi captivari & obscurari, & sic ratione conditionis accidentalis quædam ignorantia ad tempus induci possit ** (g). [* Rom. I, 19. 21. c. 2, 21. ** Pl. 14, 1.] *Contra.* (a) Socin. *prælect. Theol. cap. 2.* (b) *Cartesii medit. 3. & Claub. paraph. §. 184.* (c) *Timpl. l. 3. metaph. c. 1. probl. 9.* (d) *apol. Remonstr. adv. Leid. f. 25.* (e) *Wendel. l. 1. Christ. Theol. p. 102.* (f) *Molinam, Medin. Zumel Sc. ap. Gibb. a Burgo, p. 1. Theol. Schol. disp. 6. dub. ult.* (g) *Clauberg. l. c. p. 297.*

II.

Ab hac tamen synteresi, utut utilitatem habeat pædagogicam & didacticam, non nisi obligationem cultus secundum voluntatem Dei generalem docemur, modus verò, & objectum

A 2

verum

verum adorationis (quod hic recipiens, seu terminans intelligimus, & diversum ab objecto adorantis, externo) solo ejus ductu plenè ac sufficienter cognosci nequit * (a), sed ex lumine revelationis hauriendum est, quod solis Prophetarum (b) & Apostolorum scriptis, non in traditionis ægææ ecclesiasticæ autoritate continetur ** (c), nec per Sabbatillum (d), sed mediante prædicatione & Sacramentis ordinariè fidem operatur ***. [*Eph. 4, 18. ** 2. Tim. 3, 15. *** Rom. 10, 14.] *Contra* (a) *Ed. B. de Cherb. lib. de Verit. p. 271, p. 288, seqq. & app. ad lib. de caus. err. p. 3. u. seq. (b) Smalc. ref. monstr. Smigl. c. 8. p. 79. (c) Bellarm. l. 4. de V. D. cap. 9. §. 41a. reg. (d) Weigel vom Leben Christi. c. 30. 36.*

III.

Religiosa adorabilitas est attributum Dei essentialè & perpetuum (a), quamvis actualis adoratio, quæ Deo deferretur à creaturis, non semper locum habuerit *, cujus ergo fundamentum non ponitur in qualicunq; excellentiâ supernaturali (b), aut concursu ad opus redemptionis (c); nec est principaliter potestas tantum, voluntas aut regimen divinum, sed ipsa Deitas (d), attributis tamen non exclusis **, & distinguenda est à causâ impulsivâ adorationis, quæ diversa esse potest, dummodo non abstracta à primo suo fundamento ***. [* Joh. 17, 5. ** Pl. 86, 9. 10. *** Apoc. 4, 11.] *Contra* (a) *Polan. Syntagm. l. 6. c. 16. p. 682. (b) Bellarm. l. 1. de sanct. beat. c. 13. arg. 7. (c) eund. l. 2. de reliq. sanct. c. 27. §. bis ergo. (d) Smalc. l. c. p. 88.*

IV.

Quia ergo ratio adorabilitatis definitivè & à parte rei semper una eademq; est, uti nec plures Deos, aut Deitates *ὄντως* tales; comminisci oportet (a), hinc etiam unum semper est religiosæ adorationis objectum (b), nec variat vel respectu regiminis universalis aut ecclesiastici (c), vel secundum loci diversitatem *, ut aliud privatim adorare liceat, aliud publicè (d), nec per annos aut menses immutatur (e), aut aliàs pro temporis differentiâ vel latius vel angustius patet; unde quos N. T. tempore adorare non licet, eos nec in V. T. adorare fas fuit (f), nec quod nunc permis- sum, tum illicitum, aut quâcunq; ratione inutile erat (g). [Esa. 43, 10. c. 2, 11. Zach. 14, 9. * Apoc. 5, 13.] *Contra* (a) *Smalc. l. c. cap. 3. p. 31.*

p. 31. (b) *Ostrod. von der Gottheit* p. 156. (c) *Socin. contr. theses* Fr. Dav. de ador. (d) *Vasq. in 3. Thom. disp. 3. qv. 25. c. 1. n. 4.* (e) *fortitionem Jesuit. ap. Lor. ad act. 1. 26.* (f) *Smalc. ex. 157. err.* p. 48. (g) *Ostrod. inst. c. 14. p. 82.*

V.

Non fertur etiam in absentem piorum adoratio (a), nec per antiquam illam præfationis Liturgicæ formulam, *Sursum corda*, ad cælum, tanquam ad certum aliquod $\pi\tau\sigma$ vocamur (b), nec ad ignarum affectus nostri preces nostræ effundi debent (c), aut qui ininterprete lingvâ, interdum satis fallaci, aut aliâ quâcunq; revelatione indiget (d), aut cujus aliàs vel auditus vel juvandi vis dubia est, sed ad omnipotentem $\kappa\alpha\theta\omicron\upsilon\omega\sigma\eta\nu$ omnem animi fiduciam, & mentis suspiria pariter tendere oportet. [1. Reg. 18, 27. Ps. 145, 18. Jac. 1, 6.] *Contra* (a) *Bezam colloq. Mompelg. p. 77.* (b) *Dall. de cult. Lat. p. 846. conf. p. 967.* (c) *Bellarmin. l. 2. de sanct. beat. c. 20. resp. ad 3. arg.* (d) *Wendel. exerc. 59. p. 969.*

VI.

Inde porrò manifestum est, quod ab adorationis religiosæ non quidem actu, sed mandato & debito, ad ipsam Deitatem, & sic consequenter etiam omnipotentiam & omniscientiam, liceat argumentari (a), in quo argumenti genere adversa pars propria vineta cædit (b), simulq; se Antitrinitariis ecclesiæ hostibus deridendam exponit, & ut aliàs jactis in S. Scripturæ perfectionem & perspicuitatem calumniis hinc ad Symphoniam Photinianam ac Arianâ labi solet (c), bonam causam miserè prædit. [Hebr. 1, 3. 4. 6.] *Contra* (a) *Ostrod. contr. Tradel. c. 8. p. 152.* (b) *Bellarmin. l. 1. de Christoc. 8. S. majestas.* (c) *dial. Foreri ap. Erberm. tropb. 3. Rom. c. 2. p. 122. seqq.*

VII.

Quemadmodum autem à præceptâ adoratione ad Deitatem, ita & à licitâ ad præceptam argumentum procedit, & ad eandem à fide justificante * (a), baptismali formulâ ** (b) &c. quippe quorum omnium objectum æquè latè patet; nec adorare religiose licet ullum, qui id prohibet (c), vel de quo, quod adorabilis sit S. Scriptura nihil docet, & Apostoli tacuerunt *** (d). [* Ps. 61, 3. 4. ** Act. 12, 16. *** Jerem. 31, 35.] *Contra* (a) *Cosseri*

A 3

Enchir.

Enchir. p. 665. (b) Moscorov. catech. Rarov. q. 38. (c) Bell. l. 1. de sanct. beat. c. 14. §. penult. (d) Grotii animadv. in animadv. Riv. pag. 31.

VIII.

Non implicat objectum religionis adorationis esse eum, qui & ipse adorat, sive de adoratione Christi hominis * (a), sive de facto Antichristicæ arrogantis loquaris ** (b); nemo tamen rectè suæ ipsius adorationis objectum dicitur, ut sub esse naturali se ipsū formaliter colat secundum aliud esse gratiæ aut gloriæ *** (c), proinde & Talmudica placita de Deo precante commodè explicatione probè indigent (d). [* argum. Matth. 14, 21, 33. ** Dan. 11, 36. 38. *** 1. Cor. 15, 10.] *Contra (a) Bez. colloq. Mompelg. p. 313 (b) Bell. l. 3. de R. P. c. 14. (c) Apol. Alani rediv. c. 15. (d) ברכות fol. 7.*

IX.

Adorationis religionis summa subtilitas est, quæ non admittit, ut pro diversitate dignitatis & excellentiæ in distinctas species & gradus etiam ipsa adoratio efformetur, quibus illas excellentias ut objecta respiciat (a), aut duplici vel triplici gradu circa eandem personam versetur (b), nec religionis actu elicito ullam finitam virtutem colimus, nec ut imperato ejus actu charitas à Deo se in proximum diffundit, ita & adorationis affectus synonymicè talis communicari vel extendi potest, ut alia quoque objecta respiciat (c). [Eph. 4, 5. 6. Matth. 4, 10.] *Contra (a) Cotton. epist. ad Cham. p. 5. (b) Tanner. tom. 3. Theol. Schol. disp. 5. q. 2. dub. 2. n. 60. (c) eund. dub. 6. n. 167.*

X.

Hinc ergo omnis religionis adoratio etiam religiosa est (a), quæ & cum invocatione æquè latos fines occupat * (b); idem item & latria objectis ita non differunt, ut Deo hanc & creaturis illam ex vi & usu vocis, sive Biblico N. T. & τῶν LXX. ** sive profano, admetiri possis, qualem religiosi cultus distributionem nec Augustinus *** instituere voluit (c); sed quandocumque hæc & id genus alia vocabula ad creaturas transferri videmus (perinde ut Origenes **** Θεραπείας vocem repurgare potuit) æquivocorum subest in sua æquivocata distinctio, quæ sequiorem hanc significationem

orationem politicam vel civilem vulgè connotamus, ab alterâ illâ planè diversam. [*Rom. 10, 13, 14. ** Gal. 4, 8. Deut. 28, 47, 48. *** August. l. 10. de civit. Dei cap. 1. **** Orig. l. 2. contr. Cels.] *Contra (a) Tanner l. c. dub. 2. n. 55. (b) eund. dub. 1. n. 45. (c) Bellarm. l. 1. de sanct. beat. c. 12. §. penult. C. ult.*

XI.

Quando igitur in alienum aliquod objectum fertur religio-
nis adoratio, etiam si ut primum principium & ultimus finis illud
non apprehendatur, tamè impia est * (a), nec tale quid ipse Sata-
nas sibi vendicavit, cum nihilominus interdictum Deuteronomianum
ejus postulato ob stare Salvator ostenderet ** (b), nec ethnici de
Venere, Marte, Baccho tale quid crediderunt, in quibus tamen fec-
disima illorum idololatria occupabatur. [* Jerem. 10, 11. ** Luc.
4, 6.] *Contra (a) Bell. l. c. §. notandum. seqq. (b) eund. c. 14. §. ad
illud Matth.*

XII.

Affectus interior, qui fertur in excellentiam rei appren-
sam, non ita dirigit exteriorem adorationem, ut ex solo adoran-
tis conceptu potius, quam ex ipsâ re idololatria aestimetur, quare
ipsum diabolus sub radio lucis latentem licitè adorari, & erro-
rem mentis hîc à crimine absolvere, extremè impium dictum est
(a), uti & personatos istos Christos in vigiliâ nativitatis Domini
interdum non sine magno periculo puerulis proponi putamus.
[argum. 2. Tim. 1, 13, Marc. 13, 21, 22.] *Contra (a) Vasquez. in 3. Tom.
disp. 110. q. 25. c. 5.*

XIII.

Nec sufficit tamen ad veram adorationem licitum à parte
rei objectum, si in mente formaliter alius conceptus existat, qui
veritati aut sanctitati divinæ sit contrarius, quo argumento olim
Ariani ob cultum Filii Dei, & Spiritus S. licet inæqualem (a) ido-
latriæ postulabantur, quo etiam mota quondam Græca Ecclesia
Deo Muhammedis εἰς ὄψιν anathema dicendum esse voluit, voce
illâ nequaquam verum coeli ac terræ creatorem impetens (b).
[arg. Hof. 2, 16, 17.] *Contra (a) Perron. l. 3. de Euchar. ap. Dall. p.
992. (b) Imp. Manuel. Comnen. ap. Nic. Chon. l. 7. cit. Sylburg.
Samcen. p. 133.*

XVI.

XIV.

Unitas objecti adorandi includit distinctionem trium hypostasium divinarum, ut non tantum Deum Patrem adorare teneamus * (a), sed & æternum ejus Filium ** (b), pariterq; hypostatium Spiritum S. *** (c), idq; omnino eodem honoris gradu, prout una est & indivisa eorum majestas ** (d), nullo admisso inter summum ac divinum honorem (e), inter invocationem & adorationem **** (f), ultimam ac intermediam terminationem (g) disserimine. [* Joh. 4, 23. 24. c. ** 5, 23. *** Ef. 6, 3. 10. coll. cum Act. 28, 25. **** 1. Cor. 1, 2. Act. 9, 14.] *Contra* (a) Volkel. de verâ relig. l. 5. c. 7. (b) thes. 11. Fr. Davidis contr. Socin. (c) Crell. de uno Deo l. 1. f. 3. c. 2. (d) Smalc. def. monstr. Smigl. c. 10. p. 103. (e) eund. c. 1. p. 7. (f) Socin. ap. Gerb. Ex. de Pers. Christi §. 65. (g) Ostor. instit. c. 14. p. 83.

XV.

Adoratio non respicit adæquatè proprietatem Dei, siue absolutam, siue relativam, & licet conveniat personis sigillatim, ita tamen inclusivè convenire intelligenda est, ut nullâ ratione triplicetur (a), nec plures inde throni personales exurgant (b), unde nec distinctam justitiæ aut misericordiæ &c. divinæ invocationem, aut nominis ac virtutis Dei simul cum ipso aliquam coadorationem probare possumus (c). [Joh. 14, 13. Rom. 11, 36.] *Contra* (a) Gotschalum ap. Hincm. l. de non trinâ Deit. sect. 17. 18. (b) Corn. à Lap. ad Sir. 24, 7. p. 551. (c) Socin. def. animadu. contr. Eutrop.

XVI.

Licet autem solus Pater adorandus propter essentiæ unitatem non excludat Filium aut Spiritum S. tamen solus Deus adorari jussus excludit omne id quod extra divinam hypostasim existit (a), cum indivisibilis sit religionis cultus (b), nec summa illa sanctissimi Numinis zelotypia hujus honoris societatem vel subordinatè alteri concedat (c), nec ob intrinsicam juris divini moralis bonitatem de eo dispensare possit (d), tantum abest, ut citra ingentem absurditatem dicatur quisquam honoratiore loco, quam ipse Deus, sedere (e). [Deut. 6, 17. 18. 15. c. 32, 21. Ef. 42, 8.] *Contra* (a) Nicol. de eccl. Gmin. c. 8. p. 79. (b) Maldon. ad Mat. 18. 5, 34. (c) Nicolaid. de Eccl. c. 7. p. 80. (d) Ostor. von der Gottheit part. 2. c. 8. p. 154. (e) Smalc. ex. 100. err.

XVII.

XVII.

Exclusivam autem hanc objecti unitatem non tollit adoratio Christi Θεανθρώπου (a), ut in ejus reverentiam novo Deum colendi modo audus sit decalogus (b), aut rigor maledictionis divi-
dæ in eos, qui homini confidunt, remissus *, nec aliud objectum personale agnoscit Christianorum cultus, quàm quod juxta descriptionem Apostolicam est naturâ Deus ** (c), cui qui aliam ex gratiâ facilitiam Deitatem adorandam subjungunt, Christiano nomine prorsus indigni sunt *** (d). [* arg. Pl. 2, 12. Pl. 97, 7. ** Gal. 4, 8. *** Jer. 10, 11.] *Contra* (a) Gelsum ap. Orig. l. 8. contr. eund. p. 792. (b) Smalc. ref. monstr. Smigl. c. 2, p. 23. (cd) Nicolaid. de Escl. c. 8. p. 8.

XVIII.

Adoratio, quæ toti personæ Christi tribuitur, non fit propter respectum finiendum aut in nudâ subsistentiâ (a), aut in alterâ utrâ concreti naturâ (b), sed secundum id totum, quod tenet in personâ suâ, ei tribuitur, hinc particulæ sive copulativæ sive δια-
γινωσκει, quando à Patribus Verbum dicitur cum carne, vel Christus secundum humanam naturam adorandus esse, non tantum associativè (c), aut de collectivâ aliquâ descriptione, quâ tantum ob-
jectum considerationis denotetur (d), sed strictè & specificè in hoc genere communicationis intelligendæ sunt, secundum quam naturam prædicatum de subiecto dicatur. [* Dan. 7, 13, 14. Joh. 5, 21, 23. coll. cum 27.] *Contra* (a) Spanh. part. 2. dub. Evang. d. 51. p. 452. (b) Voet. tom. 1. disp. sel. p. 537. (c) Scot. 3. dist. 9. q. unic. n. 6. (d) Wendel. Exerc. Th. 133. pag. 2065.

XIX.

Adoratio ad humanam Christi naturam non terminatur tantum per accidens, ut in eam, cum adjunctum aliquod, secundariò & ex consequenti redundet (a), nec satis aptè quadrant huc à purpurâ & sceptro regis ducta similia (b), ut qualiscunq; imperfecta aut quasi respectiva latria, & externa χείρις (c) inde procu-
dasur *, nec sufficit precum nostrarum vel exauditionis approbationem tantum ipsi vindicare (d), sed ipsam αὐτοεξουσία largitionem bonorum quâ spiritualium, quâ temporalium credere oportet

B

ter

bet **, cui divinæ potestati nostra innitatur fiducia ***. [*Matth. 28, 17. 18. ** Joh. 14, 4. *** Rom. 15, 12.] *Contra* (a) *Vasq. in 3. Thom. disp. 95. c. 3. p. 749.* (b) *Bez. coll. Mompelg. p. 344.* (c) *eund. p. 364.* (d) *Croc. def. 2. part. conv. Prut. p. 203.*

XX.

Adorabilitas tamen non competit carni Christi in abstracto, quādo hoc nomine intelligitur aut ficta ab unionē personali avulsio (a), aut etiam secundum nudam præcisionem in essentialibus proprietatibus formalis consideratio * (b), quāquam ad componendam Heshulio-Wigandinam controversiam idem admitti potest, si ὑποστατικῶς consideretur eadem, subiecti loco termino abstractivo posita, ut in secundo genere communicationis idiomatum fieri solet **. [argum. * Hebr. 2, 17. **. 1. Pet. 1, 19.] *Contra* (a) *Wilef. ex relat. Waldensis ap. Petav. l. 5. Theol. dogm. c. 4.* (b) *anthropolatras, de quibus l. 6. C. de sum. Trin. §. 2. conf. Niceph. l. 8. c. 45.*

XXI.

Ecclesiæ nostræ igitur adorationem religiosam carni Christi tantum actu personali tribuunt, ac proinde nullū Eutychianū monstrum, Scripturæ aut concilii ignotum effingunt (a), nec humanam naturam Christi pro adæquato adorationis objecto Reformationis obtrudunt (b), cum & eæ, quæ ad singula membra aut vultus Christi, interdum formari solent apostrophæ, potius ad rhetoricam & poeticam synecdochen soleant referri, quā in ἀκριβείᾳ Theologicā probari. [vid. Fund. Ded. Marp. p. 115.] *Contra* (a) *Wendel. Exerc. 53. p. 836.* (b) *eund. exerc. 53. p. 1062.*

XXII.

Debetur autem carni Christi adoratio religiosa non propter habitualement aliquam creatam excellentiam (a), vel potentiam quādam ipsi subiectivè inhaerentem, quā in gubernatione ecclesiæ exerceat (b), nec ob positum fortè quendam inter ambitum globi solaris (c), sed ob divina & infinita ἀρχήματα, quæ ipsi utut non essentialiter aut effusivè, tamen realiter communicata sunt * (d), ac proinde non creaturalis alicujus aut inferioris adorationis (e), sive hæc dulci nomine veniat (f), sive hyperdulci (g), sed cultus

etis verè divini objectum est**. [* Col. 2, 9. ** Eph. 1, 20. 21. 22. Phil. 2, 9. 10. 11.] *Contra* (a) *Dumnd.* 3. *dist.* 9. (b) *Smalt. ref. monstr.* Smigl. c. 8. (c) *Manichæos ap. Sixt. Sen. l. 3. bibl. c. de usu myst. exposcit.* p. 170. (d) *Voet. tom. 1. diss. sel. p. 528.* (e) *eund. tom. 2. p. 342.* (f) *Thom. part. 3. sum. q. 25. art. 2.* (g) *Bell. l. 1. de sanct. beat. c. 12. § 3tia est.*

XXIII.

Et si autem modus habendi adorabilitatē in Christo duplex est, æterna generatio & unio personalis, inde tamen duas adorationes Christi introducere non oportet, semotim Verbo & semotim homini, aut aliquā carnis cum λόγῳ coadorationem, tanquam alterius cum altero (a), aut quā naturæ proprietatibus & actionibus distingvantur* (b), & geminus respectus fingatur virtutis infinitæ & organicæ** (c); sed unā supplicatione Immanuelē juxta Conciliorum definitiones veneramur. [arg. * 1. Cor. 1, 13. c. 8, 8. ** c. 13, 7.] *Contra* (a) *Nestorianos veteres perstrictos c. 8. Ephes. & c. 9. concil. V. Constantinop.* (b) *Wendel, ex. 133. p. 2065.* (c) *Alting Exeg. Aug. Conf. art. 3. p. 30.*

XXIV.

Adoratio illa religiosa Christo etiam quā Mediatori competit (a), neq; illa alia, quā quæ eidem debetur, quatenus est unigenitus Dei Filius (b); quæ prior reduplicativa uti non confundenda est cum ipso fundamento adorabilitatis (c), ita eidem ineptè & ex Stancaristico errore quasi contradictoria opponitur (d). [Gal. 1, 4. 5. Apoc. 5, 9. 12.] *Contra* (a) *Maccov. LL. CC. p. 276.* (b) *Croc. def. 2. part. conv. Prut. p. 196. seqq. & Remonst. apol. fol. 155.* (c) *Owen myst. of the Gospel vind. c. 19. p. 420.* (d) *Voet. tom. 1. diss. sel. p. 525.*

XXV.

Communicatæ hujus religiosæ adorabilitatis universalem & plenissimam usurpationem caro Christi in exaltatione sui & sessione ad dextram Patris obtinuit, & quidem ut compensationem formæ servilis, quam hætenus ad expiandum Adamiticum divinæ gloriæ raptum gesserat*; non verò tanquam remunerativam meriti per sessionem ac obedientiam activam sibi acquiriti, quippe quæ propter unionem personalem eijam tum debetur**, ut nulla meriti accessio fieri potuerit. [* Phil. 2, 6. 7. 9. ** Joh. 17, 5.] *Contra* *Lomb. l. 3. sent. dist. 18. a.*

XXVI.

XXVI.

Nec tamen in ipso exinanitionis statu humana natura Christi hujus divinæ gloriæ omnino experta fuit (a), quippe quam potius verā possessione à primo incarnationis momento habuit, & particulariter exeruit*, nec adoratio eo tempore Christo homini exhibita merè civilis fuit** (b), nec Deo adversa, aut ἐπὶ ἀθετησικία; sed potius ex peculiari instinctu Spiritus S. hīs & nunc corda moventis, & ad agnitam majestatem divinam in hoc individuo venerandam obligantis, progressa; quamvis in Tubingensi quondam controversiā universalis ejusmodi à fidelibus facta adoratio, citra Nestorianam unionis ac perichoreseos naturarum Christi dissolutionem, negari potuerit (c). [* Joh. 1, 14. c. 2, 11. ** Matth. 2, 11. Joh. 9, 38.] *Contm* (a) *Smalc. ref. monstr. Smigl. c. 2. p. 117.* (b) *Calv. Comment. in Joh. 9, 38. & harm. p. 38.* (c) *Wendel. ex. 19. p. 271.*

XXVII.

Per solutionem unionis naturalis, factam in morte Christi, Iesum non fuit personale vinculum, ac principium adorabilitatis religiosæ, carni Christi hactenus assertum, unde ipsum hoc τὸ ὄντος proprium corpus etiam in isto triduo non cadaver aliquod fuit* (a), sed divinam & vivificam virtutem verè retinuit**, adeoque cultus verè divini objectum esse potuit***; quod ipsum & de effuso ejus sanguine non dubitamus asserere** (b), qui postquam semel ut pars humanæ naturæ constitutiva in personam Filii Dei fuit assumptus, etiam tum hypostaticè unitus mansit, nec post reunionem partium essentialium in resurrectione factam, in terris ullus pro excitandâ sui veneratione relictus est (c). [* Ps. 16, 10. ** 1. Pet. 1, 18. 19. *** Ef. 11, 10.] *Contm* (a) *Conimbr. de gen. & corr. q. 20. art. 3. p. 149.* (b) *Marchianum & Minoritas, ap. Bezov. tom. 17. annal. an. D. 1463.* (c) *Vasq. in 3. Thom. disp. 37. q. 1. p. 316. seq.*

XXVIII.

Veneratio sanguinis Christi, qui Mantuæ repertus est, & Romæ in Laterano, alibiq; passim ostenditur, quia sublesta & apud ipsos adversarios dubiæ fidei est (a), temerariæ superstitionis convincitur*, præsertim cum is, qui ex imaginibus forrè fluxit, hypostaticè unitus unquam fuisse, dicinequeat, imò si ex ipso Christi corpore cum relictum esse constaret, tamen ex illorum hypothese-
bus

bus religiosam adorationem objectivè terminare nequiret, si fortè nutritivæ tantùm fuit (b), aut etiam unione personali excidit (c), imò nec ei integram mansisse hanc unionem opinaberis, quin Christus præter id, quod integer & perfectus homo est, etiam sanguis esse dicendus sit (d). [* argum. Joh. 4, 12. Rom. 14, 17.] *Contra* (a) Baron. tom. 9. an. 804. n. 1. (b) Cajet. in 3. Thom. q. 54. art. 2. (c) Leonard. Matthæ. de sang. Christi cap. 19. (d) Greg. de Valent. part. 4. in Thom. disp. 1. q. 5. punct. 1.

XXIX.

Unionis Sacramentalis non eadem est ratio, quæ personalis, nec per illam unito divina adorabilitas communicatur æquè ac per hanc (a), quapropter S. Eucharistia non conveniens hymnorum & precum objectum est (b), quod vel per archiconfraternitates & sodalitia (c), vel publicâ festivitatem (d), aut formulâ ejusmodi *δοξολογίας* honoretur, ad quam vel dicendam, vel aperto capite salutandam, populus promissionibus indulgentiarum invitetur (e). [Luc. 22, 19. coll. cum deut. 4, 2.] *Contra* (a) Palavic. hist. concil. Trid. l. 12. c. 7. §. 60. p. 110. (b) Missale Rom. orat. ante miss. (c) bullam Pauli III. & notam præxin (d) concil. Trid. sess. 10. de Euchar. cap. 5. (e) diversas Pontificum bullas, sedulis passim indicari solitas.

XXX.

Symbole Sacramentalia, vi ac virtute primæ institutionis per consecrationem sacerdotalem efficaciter sanctificata, etsi reverenter tractare oportet *, nullo tamen cultu religionis elicitio, etsi minor dicatur (a), aut etiam latriâ relativâ (b), quatenus nempe sunt organa rei cœlestis exhibitiva, adorare decet, idq; ob eundem idololatriæ metum, qui occurreret, si humanâ effigie formata essent** (c). [* arg. Deut. 4, 19. 1. Cor. 11, 28. ** Eia. 2, 8.] *Contra* (a) Bell. l. 4. de Euchar. c. 29. §. sed hac. (b) Vasq. in 3. Thom. q. 25. disp. 108. c. 12. n. 13. (c) Paires Concil. Constantinop. iconomach. ap. Hoff. de Templ. l. 2. p. 157.

XXXI.

In ipsâ hypothesi transubstantiationis adoratio Eucharistiæ plurimis difficultatibus involvitur, sive accidentia adjuncta species, quæ in sensûs incurrunt, realia, physica (a), & ut unum quid cū Christo

apprehendi debent (a), sive statum Sacramentalē, in quo Christus omni sensu carere dicitur, ut nec se ipsum nec alios audiat aut videat * (c), ut absurdum sit, ejus corpus ibidem patriā adorare, cujus humanæ naturæ aliās non nisi hyperdulia concederis (d). [* arg. Pf. 135, 16. 17. 1. Cor. 12, 2.] *Contra* (a) *disp. Scholasticas ap. Vasq. l. c. n. 12.* (b) *Bellarmin. l. c.* (c) *Suarez ap. Danb. part. 1. Hod. Pap. p. 190.* (d) *Bell. l. c. §. altera solutio, coll. cum l. c. t. best. XXII.*

XXXII.

Præterea hæc sacramentaria adoratio Papistarum nullo innititur certo fundamento, sed dubium semper & suspectum exhibet sui objectum, annon irrita fortē sit consecratio, ut intentio vel nulla adfuerit (a), vel vaga, vel inadæqvata (b), vel in ipso characterē sacerdotali defectus fuerit impediens (c); conditionem autem sive actuale sive habitualem uti populus non observat, ita sub eadem aliquid ritē adorari (d), aut intentionem mentis hanc idololatriam tollere (e) negamus. [Joh. 4, 22. Rom. 10, 14.] *Contra* (a) *Vasq. in. 3. Thom. disp. 138. c. 3. p. 303.* (b) *missale Rom. tit. de defectu circa miss.* (c) *Biel lect. 49. in can. miss.* (d) *eund. l. c.* (e) *Bell. l. 4. de Euch. c. 30. resp. ad quintum.*

XXXIII.

Silentium Græcorum in exprobranda Latinis *ἡρώδης* nullum argumentum est mutui de cultu eucharistico consensus, dum illi, si corpus Christi in azymo veraciter confici posse negant *, etsi aliās eandem fidem de hoc Sacramento profiterentur, Latinos necessariō hujus criminis postulare debent; quāobrem, etiam in concilio Florentino missæ Latinorum absq; provolutione in genua adstitisse videntur **. [* vid. epist. Clem. VI. ap. Odor. Raynald. an. 1351. n. 20. ** Sgurop. hist. concil. Flor. sect. 10. c. 10.] *Contra Arnald. de la perpet. de la foy de l' Euchar. defendue tom. 1. lib. 4. cap. 2.*

XXXIV.

Præcipitata illa veneratio, quā in majore *εὐχολογία* consecratio apud Græcos prævenitur, & exuberans majoris quā postea devotionis argumentum erga dona proposita, seu imaginem & thronum vacuum Regis, ab idololatriā non ita facile excusatur * (a), ubi si quis à confusione cum præsanctificatis error est, ejus culpa in
pain

pa in illos redundat. qui augustâ deductionis pompâ simplici: pō-
puli oculos perstringunt ** (b). [* Rom. 1, 25. ** Ef 9, 16.] *Contrâ*
(a) Jac. Goar. *euchol. Gr. not. ad miss. Chrysost. §. 110.* (b) *Cabasil.*
exposit. liturg. c. 24.

XXXV.

Elevatio hostiæ consecratæ, quæ ante Berengarianum cer-
tamen in missâ obtinuit, & nunc apud Græcos observatur, ad so-
lennem quandam ejus adorationem non pertinet * (a), cum nec
illa adoratio, quæ in Chrysostomeâ & aliis veterum liturgiis post
variâ interpolationem occurrit, ad Sacramentum expressè &
directè referatur (b), etsi eam aliquatenus eo pertinere non nega-
mus, nec quid Romæ ad unitis fiat ignoramus. [* vid. Germ. Patr.
tom. 2. bibl. patr. Gr. p. 163. conf. Goar. not. ad Euchol. Gr. p. 146.] *Con-*
tra (a) Bell. l. 2 de miss. c. 15. §. 12da quæ est ostensio. (b) *Autorem li-*
bri perpet. de la foy de l' Euch. p. 262.

XXXVI.

Solennem cereorum, & id genus alium splendorem, cum
Sacramentum ad ægrotos deferretur, ad augendam fidem & devo-
tionem omnium, seu procurandam potius adorationem ejus, non
ita necessarium esse (a), vel ex primitivæ ecclesiæ praxi * scire de-
bebant Jesuitæ, ne excutes, expetito licet, hoc viatico carere
mallent, quàm ejusmodi pompam omitti (b). [* vid. Dion. Alex. ap.
Euseb. l. 6. hist. eccl. c. 64. Gr.] *Contra* (a) Honor. III. c. 10 X. *dece-*
lebr. miss. (b) Jesuitas apud Trigaut. de expedit. Sin. l. 5. c. 7.
pag. 570. seq.

XXXVII.

Expositio hujus Sacramenti in Ecclesiis omnes ferè ibidem
fusas preces contaminat * (a), unde solennis illa, quæ ante diem
cinerum Jesuitis familiaris est, ad animas à lasciviâ genialium die-
rum ad saniora trahendas parùm conducit (b); ex quo more, ut
ut forte descenderit publica ad vacuum altare reverentia, citra ta-
men superstitionem observari potest ** (c). [* arg. Jer. 7, 30. **
Dan. 5, 10.] *Contra* (a) Bellarm. l. 3. de cultu sanct. c. 4. §. 5. *stara-*
rio. (b) Orland. hist. Jesuit. ap. Dall. de cult. Lat. p. 798. (c) Prynné
history of Will. Land. p. 61.

XXXVIII.

XXXVIII.

Est mirum non esset, nec ullum levitatis indicium, si Lutherus & alii primi Reformatores ab initio securius pro Sacramenti adoratione locuti essent (a), tamen ipsi Pontificii testimonium cautè & orthodoxè phrascos pro iis dicunt *, & fatentur, quòd asserta realis præsentiæ absq; transubstantiationis dogmate vera & sufficiens adorationis Papisticæ causa non sit ** (b), adeoq; non omnis, qui Christum in Evcharistiâ adorat, Evcharistiam adoret (c). [*Bellarm. l. 4, de euch. c. 29. §. de adorat. & tamen si, ** Thom. part. 3. sum. q. 75. art. 2.] *Contra* (a) *Mulm. part. 3. myster. fraud. c. 2. p. 80. seq.* (b) *Wendel. exerc. 115. p. 1870.* (c) *Arnald. l. 6. lib. 3. c. 8. pag. 467. seq.*

XXXIX.

Nec facimus ex Sacramentis idola, cum iis aliam, quàm nudæ significationis virtutem tribuimus (a), nec idololatria est, quòd aquam baptismalem tale divinæ gratiæ organum esse credimus, per quod Spiritus S. remissionem peccatorum verè & efficaciter operetur (b). [Joh. 6, 54. Act. 2, 38. Tit. 3, 5.] *Contra* (a) *Calvin. comment. ad Eph. 5, 26.* (b) *Bezam colloq. Momp. p. 433.*

XL.

Actum illum adorationis Jesu Christo præstitum, cum Sacramento de geniculis communicamus, ad sacra symbola quidem non referimus, utiq; tamen agnoscimus ex illâ fide oriri, quàm de verâ corporis & sanguinis ejus præsentiâ habemus * (a), quàmquam & absq; fide illâ & reverentia Salvatoris & vox Spiritus S. decorum ejusmodi gestum in sacrâ actione rectè persvaderent ** (b). [*Eph. 45, 23. ** I. Cor. 14, 40. conf. Luth. in c. 47. Genes.] *Contra* (a) *Larrogue histoire de l'Evchar. part. 1. c. 10. p. 222.* (b) *non-confermistas Anglicanos.*

XLI.

In Sacramento Evcharistiæ non ita est sensibile præsentiæ corporis & sanguinis Christi indicium, uti in apparitionibus parastaticis aliquid insoliti in sensû incurrit, quo illa per modum accessûs & recessûs Numinis observari poterat, unde non est, quòd hic æquè ac ibi * sensibilis adoratio eò versûs, tanquam ad locum patefactionis & agnitionis Christi dirigamus, sed mysticam & illo-

illocalem præsentiam spiritali quoq; ejusmodi adoratione simpliciter veneramur **. [* Ex. 24, 1. c. 34, 6. ** Joh. 4, 21, 23.] *Contra Wendel. exerc. 99. p. 1622. 1624.*

XLII.

Uti sacramentalis unio adorabilitatem non communicat, ita multò minùs parastatica quævis alia (a), aut externa adhesio vel præsens vel præterita, unde existentia sanguinis Christi in ligno crucis, linteis ac sepulchralibus, si vel maximè certa esset, tamen adorationis illorum nec causa nec motivum esset (b), nec contactus etiam membrorum Christi vel crucem (c), vel scalam sanctam, columnam, tunicam, sepulchrum, præsepe, lanceam, æqvè ac nec terram ipsam, labia Judæ, & lichores impiè in eum ruentes, adorabiles reddere potest* (d); si autem posset, rerum multarum ex accidente moralis indecentia ne locum quidem haberet, nedum religioso cultui obstaret ** (e). [argum. * Joh. 4, 21. c. 20, 6. 7. ** Matth. 23, 17. 19.] *Contra (a) Vasquez, in 3. Thom. d. 110. q. 25. c. 5. (b) Bell. l. 2. de reliq. sanct. c. 27. §. ult. (c) Thom. part. 3. sum. q. 25. art. 4. (d) Bell. l. c. cap. 30. resp. ad 5. tum (e) Tanner. tom. 3. Theol. Scholast. d. 5. q. 1. dub. 7. n. 218.*

XLIII.

Adoratio religiosa non pendet etiam ab aliquâ participatione sanctitatis juxta moralem æstimationem (a), nec proinde ad arcam (b), sanctuarium (c), templa eorumve parietes, nec ad terram, in quâ è rubo ardente apparuit Filius Dei (d), nec ad quemvis alium locum aut vasa ob relationem ad aliquod sanctum eternâ denominatione sancta (e) dirigi potest*, quamvis ea εὐχρηστικός meritò haberi, faciliè concedamus **. [* arg. 1. Reg. 8, 22. 29. 30. ** Num. 4, 15. 2. Sam. 6, 7. 17.] *Contra (a) Tanner. l. c. (b) Bell. l. 1. de sanct. beat. c. 13. §. jam vero. (c) Jerem. Patr. in act. Constantinop. resp. 2. p. 244. (d) Bell. l. 2. de imag. sanct. c. 12. §. ultimum. (e) Vasq. in 3. Th. q. 25. disp. 108. c. 12. n. 116.*

XLIV.

Nec ipsam scripturam Θεόμνηστον, quatenùs verbis & characteribus constat, materialiter consideratam adorare licet (a), quamvis ea ratione formæ internæ, quatenùs nempe est consilium & vis divina, meritò nobis sacrosancta sit; unde etiam

C

codicis

codicis Evangelici solennis exosculatio, quasi ipsius Salvatoris (b), apud Græcos præcipue usitata, & profunda in mystico illo parvo introitu humiliatio populi & cleri (c) superstitione sua non caret. [arg. Nehem. 9, 3. Ex. 32, 19.] *Contra* (a) *Damasc. orat. 1. de imag. (b) Sim. Thessal. ap. Goar. Euchol. not. ad miss. Chrysof. S. 74.*

XLV.

Etsi meritò ad nomen Jesu genua flectimus * (a), tamen in materiali suppositione illud nec veneramur, nec venerandum esse credimus (b), eosq; qui illud quondam in tabulâ picum sculptumve populo adorandum præbuerunt (c), pariter cum Martino V. rejicimus **, cui superstitioni nec apposita crux quicquam medetur (d); qui autem ad mentionem Jesu Syrach in nostris Ecclesiis caput detegunt, in occasione tantum, non verò in objecto errare præsumuntur (e). [* Phil. 2, 10. ** 1. Cor. 4, 20.] *Contra* (a) *Calv. ad Phil. 2, 9. (b) Corn. à Lap. ad Phil. 2, 10 p. 599. (c) Bernardinum aliosq; Minoritas, apud Anton. tit. 22. c. 7. S. 5. (d) Fort. Licet, de lucern. antiq. l. 6. c. 48. (e) Altling. exeg. Aug. Conf. pag. 275.*

XLVI.

Nec analogica attributio nominis מְלִיכָא * (a), nec eminens quædam dignitas aut potestas, sive angelica sive humana; nec insolita miracula ** (b), nec sublimis in cælo locus, aut extraordinaria phasis (c) divinam adorabilitatem communicant; sed omnis propterea delatus religiosus cultus foedæ idololatriæ nomine meritò notatur, etiamsi talis sit, quali verum Deum colifas est ***. [* arg. Joh. 10, 35. coll. cum Matth. 4, 10. ** Apoc 13, 14. *** Jer. 19, 5.] *Contra* (a) *Smalc. ref. 100. err. p. 53. (b) Bell. l. 1. de SS. b. c. 19. S. accedant. (c) eund. l. 2. de reliq. SS. c. 28. argum. 1.*

XLVII.

Quemadmodum igitur cum paganis hominibus inferos, genios, lares, consentes, selectos, putidissimi figmenti deastros colere *, ita quoq; solem lunam & cæli sidera venerari **, solem, aquam, ventos invocare (a), à Christianismo abhorret, ac fortè etiam perinde ab Enofo alienum fuit, accolumbarum doratio à Samaritanis † (b), nec primorum à nato Salvatore seculorum confessores more suo ad orientem precandi gentilismo se contaminant, arunt,

parunt, aut cum illo symbolizasse credendi sunt *** (c); quāquam eos, de quibus postea Leo Papa queritur ††, absolvere non possumus ****. [* 1. Cor. 8, 4. **. Deut. 4, 19. c. 17, 3. *** arg. Dan. 6, 10. **** Ezech. 8, 16. † vid. Horring. exerc. anti-Mor. p. 14. seq. †† Leo M. ferm. 7. de nat. Dom.] *Contra* (a) *Ebionitas ap. Epiph. har. 30.* (b) *R. Maim. de עכורת כום cap. 1. (c) Voet. tom. 3. diss. p. 272.*

XLVIII.

Angelos sanctos & præstantiâ naturæ, & perfectione gloriæ, & fideli nostri amore ac custodiâ mereri, ut à nobis omni morali ac (ut dici solet) civili honore afficiantur, si nobis pariter apparent, ac olim fidelibus factum esse legimus, utiq; fatemur; quando verò tale iis nobiscum commercium non est, reverenter quidem de illis sentimus, tamen ne civili quidem cultu ad eos rectè convertimur (a), nedum ut eos tanquam patronos & mediatores inter Deum & nos (b), etiam Christo hominè præstantiores (c), aut opitulatores, in extremâ mortis horâ litanis ac precibus invocare (d) Christianum deceat. [Col. 3, 18. 1. Tim. 2, 5.] *Contra* (a) *Schottum 3. part. mag. nat. angelo tutelari dedicantem.* (b) *Litan. angel. ap. Drexel. hor. 4. p. 36. seqq.* (c) *Corn. à Lap. in Apoc. 1, 4. p. 19.* (d) *Drexel. herol. f. hor. 12. p. 88.*

XLIX.

S. Johannes scriptis quidem nos fidem ἀναμαρτήτως docet, non autem factis, cum ἀγγελολατρείαν meditabatur (a), nec omnino in personâ, nec in gradu saltem adorationis, sed in ipsâ substantiâ actus erravit (b), nec delatam sibi adorationem angelus vel modestiæ saltem causâ, vel ob lumen deferentis propheticum recusavit (c), sed quòd planè alienum esset ejus honoris objectum, unde posterioribus temporibus in sui cultu instaurando non futuruserat ambitiosior (d). [Apoc. 19, 10. c. 22, 9.] *Contra* (a) *Bell. l. 1. de SS. b. c. 14. §. ad 4um.* (b) *eund. §. seq.* (c) *Vieg. in apocal. 19. p. 791.* (d) *Jov. Pontan. l. 2. hist. Neap. p. 581.*

L.

Simonis Magi discipulos Angelis divinum honorem detulisse, probabile quidem est, & diuturnam ejusmodi superstitionem ex Phrygio oratorio eluxisse, Theodoreto credimus (a), nec tamen propterea Romanenses hodierni à Platonico hoc delirio &

interdicto Apostolico * absolvendi sunt (b), in quo ἀγγελος-
 οὐκείων non originaliter, sed objectivè meritò accipimus (c), &
 ipsam Cerinthianam hæresin, Christum infra Angelos abjicien-
 tem (si quæ tamen talis fuit) in Pontificios retorquemus (d). [*
 Col. 2, 18.] *Contra* (a) *Baron. an. D. 60. n. 20.* (b) *Bell. l. c. cap. 20.*
S. ad 2^{um}. (c) *Repliq. du Perron l. 5. c. 6.* (d) *Baron. l. c. n. 18.*

LI.

Invocatio טַוַּע כַּפִּירוֹת & Kabbalistico artificio formarum
 nominum (a), utut ex intentione Synagogæ & Rabbinarum ad
 Deum potius, quàm ad Angelos referatur, perinde tamen ut alia
 vocabulorum monstra ex Esaiano לִקְרֹא יְקִי ineptè arrepta (b), ma-
 gicam superstitionem movet *, adeò ut & verorum angelorum
 cultus ad illud crimen à Laodiceis Patribus trahi potue-
 rit (c); quod autem in Adalbertinis Angelorum invocationibus
 damnavit concilium Romanum, idem in revelatis ab angelo Sco-
 tistâ nominibus periculū est ** (d). [* arg. Ef. 29, 4. ** 2. Cor. 11, 14.]
Contra (a) שְׁמוֹת הַמַּלְאָכִים (b) *Basilid. ap. Iren. l. 1. adv. her.*
Valent. cap. 23. (c) *Fr. Sylv. addit. ad c. 35. Laod. ap. Caranz. p.*
137. (d) *Chron. Francisc. ap. Corn. à Lap. l. sup. c.*

LII.

Angelorum throni per exaltationem Christi reformati non
 sunt (a), nec magis illi in V. T. adorandi fuerunt, quàm nunc eos
 adorare licet (b), sive ratione sui, sive respectu Dei mittentis con-
 siderati fuerint (c), cum talem cultus communicationem jus lega-
 tionis non involvat *; unde Angelum, cui legitur à Patriarchis di-
 vinus honor habitus esse, increatum, & ipsum Dei Filium fuisse,
 tutius cum piâ antiquitate creditur ** (d). [* Ef. 4, 8. ** Mal 3, 1.]
Contra (a) *Smalc. exam. 100. err.* (b) *eund. exam. 157. err. p. 48.*
seq. (c) *Jos. Albo l. 2. עֲקָרֵי c. 28. f. 55.* (d) *Bell. l. 1. de SS. b. c.*
13. S. 2do prob.

LIII.

Uti nec sanctis Angelis, ita multò minùs Papæ Romano,
 quippe illis longè inferiori (a), religiosam adorationem & hy-
 perduliam præstare deceet (b), nec adeò Dei, sed Satanæ opus fuit,
 quòd à Saraceno Principe Pontifex ut Deus adoratus est * (c); imò
 etiamsi optimè sibi constaret hæc vicariatus Christi veneratio, ta-
 men

men quia de canonica electione nunquam indubitato constat (d), in quolibet Papâ, non tantum in manifestè subordinato (e), idololatricæ periculum est, nec communis ejusmodi error cum Apostolico ecclesiæ encomio pugnat ** (f). [* Luc. 22, 26. Act. 14, 15. ** 2. Cor. 11, 13.] *Contra* (a) *orat. in concil. Rhem. ap. Bar. an. 1131. n. 4. (b) Legatos Florent. ap. Anton. part. 3. hist. tit. 26. c. 17. (c) Baron. an. 1162. n. 3. (d) Tanner. tom. 3. Th. Schol. disp. 1. q. 4. dub. 4. p. 242. (e) Cardinales Lemovic. in Concl. Urbani VI. p. 13. (f) Tanner. p. seq.*

LIV.

Elogia & preces soli Christo in verbo revelato convenientes (ex. gr. Leo de tribu Juda, Sponsus Ecclesiæ, Tollens peccata mundi, Lapis Angularis) ad Papam accommodare, ad formalem Antichristi rationem pertinet (a), neq; ita Christus in Papâ simpliciter apprehendi debet, ut eodem honore, quo ille Salvator noster ut homo colitur, etiam ipse per accidens & relativè colatur (b), eodem verò habitu seu mentis affectu, inferiore tamen cultu, eum juxta propriam dignitatem prosequi, planè est ἀσέβας (c). [Luc. 21, 8. 2. Thessal. 2, 4.] *Contra* (a) Bellarm. *præf. in libb. de sum. Pont. s. quæ sunt. (b) Casal. de sacris vet. Christ. ritib. c. 8. (c) Tanner. tom. 3. disp. 5. dub. 2. p. 1363.*

LV.

Osculum pedum et si aliàs pro more certæ gentis civilis cultûs rationem habere possit *, tamen in Papâ divinos honores sapit (a), adeoq; omnino fugiendum est, maximè cum illi sublimè in altari posito (b), aut aliàs ad audientiam sedenti, in reverentiam Salvatoris, & agnoscendam summam potestatem in animos Christianorum (c), devotè præstandum, etiam à summis in orbe Monarchis exigitur (d). [arg. 1. Reg. 19, 18. Esth. 3, 2. * vid. Seld. titles of honour part. 1. c. 3.] *Contra* (a) Casal. l. c. p. 430. (b) *concl. di Urb. VIII. p. 450. (c) Voluf. aur. pacis relig. p. 81. (d) Pontificale Rom. part. 1. c. 32. f. 78.*

LVI.

Ineptum est, regulam legitimi & nimii honoris in eo ponere, quod humanæ adulationis & superbiæ licentia apud Principes viros introduxit (a), qui, licet Christiani, tamen divini Numinis

nis & cœlestis oraculi phrasēs sibi accommodant (b), & preces suis altaribus suas prae se ferunt (c), nec excusari ab idololatriâ possunt, qui talem politicæ majestatis adorationem imitantur (d). [Ezech. 28, 2. Act. 12, 12.] *Contra* (a) *Jos. Stev. de osculo ped. R. P. c. 1.* (b) *Theodos. & Valent. l. 3. C. de sum. Trin. §. 2. 4. it. l. 8. C. de leg. & constit. it. l. 10. C. de SS. Eccles. & l. 5. C. si contra jus vel utilit. publ.* (c) *novell. Anthemii tit. 1.* (d) *Amulin. Proconsul. Africæ, ap. August. ep. 68.*

LVII.

Hominem quævis Christianum respectu in hærentis gratiæ, siue gratum facientis, siue gratis datæ, adoratione plus quam civili adorandum esse, perperam dicitur (a), nec mystica Inhabitationis præsentia manûs & oculos Christum venerantis ad pios fideles attrahere potest (b), nec ita Deo in Danielis personâ sacrificium offerre potuit Nabuchodonosor, ut inde honor in Deum redundaret * (c), quare etiam Cornelii pietatem rectè Apostolus Petrus correxit ** (d). [*Dan. 2, 46. ** Act. 10, 26.] *Contra* (a) *Vasquez. in 3. Thom. disp. 100. c. 4. p. 868.* (b) *Wendel. Ex. 115. p. 1871. seq.* (c) *Vasq. l. c. disp. 98. c. 3.* (d) *Bell. l. 1. de SS. b. c. 14. §. ad 2. de.*

LVIII.

Beatas in cœlo triumphantes animas divinis honoribus magnificare (a), aut latriâ extrinsecâ, aut religiosâ duliâ, & omni genere cultûs, qui interpretativè latria est, prosequi impium est (b), & tam jejunia, altaria, templa, quàm vota, hymnos & ipsam orationem dominicam (c), iis offerre, aut tanquam *καρδιογνώσις* mente supplicare (d), divinæ Majestati derogat. [Ex. 20, 3. Ef. 8, 19. Hebr. 13, 7.] *Contra* (a) *hymnos Hier. Vidæ ap. Voss. de idol. p. 153.* (b) *Tanner. l. c. p. 1362.* (c) *Bell. l. c. §. 610 ib.* (d) *concil. Trid. sess. 25. de invocat. SS.*

LIX.

Beatam Virginem *θεοτόκον* religiosâ hyperduliâ, quæ à communi Sanctorum cultu specie differat (a), siue simpliciter absq; explicatiunculis Scholasticis (b), siue maternitatis aut sanctitatis nomine (c), aut per modum excellentissimæ reliquiæ, vel imaginis Dei, cultu latriæ perfectæ adorare * (d), collyridianæ hæreseos est (e); nec vanus aut noxius timor est de excessu amoris erga eandem

dem (f), cum tenerius & sensibilius, quàm ipse Deus amatur ** (g), & mancipia sortitur maniculis ultrò vincta *** (h), aut quæ suo se sanguine illi consecrant (i), sacrificium offerunt (k), jamq; sacerrimo philtri æstu correpti, ad scelus quovq; patrocinium (l), & amplexus non satis decoros inde expectandos devolvuntur (m). [* Matth. 12, 48. Luc. 11, 27. 28. ** Deut. 6, 5. *** 1. Cor. 7, 27.] *Contra* (a) Fr. Lud. Bonam defens. B. V. cap. 15. §. 5. p. 175. (b) eund. cap. 6. §. 1. (c) Tanner. l. c. n. 56. (d) eund. n. 59. (e) Bonam cap. 10. §. 3. (f) cap. 7. §. 11. (g) cap. 14. §. 1. (h) cap. 15. §. 2. (i) Card. Ursinum, ap. Corn. à Lap. in 1. Job 5. p. 518. (k) Carolum Burgund. in magno Chron. Belg. 1467. 24. Octobr. (l) Promptuar. discipuli exempl. 25. 26. 27. (m) Dominicum Alani rediv. part. 2. cap. 2. 4.

LX.

Non pertinet ad gloriam, sed ad ignominiam Salvatoris nostri (a) cultus ille B. Virginis, quo ipsa tanquam advocata & mediatrix, quæ Deum meritis placarit (b), invocatur, peccatorum remissionem, & liberationem à poenis inferni poscitur (c), nec prædicatur misericordia Christi in eo, quod de Matre misericordiae nobis dicatur prospexisse (d), ad cujus nempe benignius tribunal à justitiâ Christi detur appellatio (e), eaq; necessaria (f), unde promptius auxilium expectetur, tam præsens, tam certum, ut nullus cultor Marianus, quamvis degener & impenitens, in æternum pereat (g). [Joh. 14, 6. Act. 4, 12. Hebr. 2, 17. c. 4, 16.] *Contra* (a) Bonam cap. 6. §. 2. (b) eund. c. 9. §. 1. 2. (c) publicam inscript. Romæ in æde Prædix & Mariæ liberatricis (d) Bonam cap. 13. p. 145. (e) cap. 10. §. 6. (f) c. 7. §. 2. (g) privileg. bullæ Sabbatinæ, & Volus. not. ad monita salut. p. 11. 12.

LXI.

Profligatissimæ impudentiæ est, Bonaventuræ psalterium, ac Marialium, & aliorum squalidorum scriptorum blasphemias non defendere tantum, sed & contra saniora monentes uti regulam Catholicæ fidei urgere (a), Virginiq; Matri, tanquam Reginae cœli * (b), gratiam infinitam (c), & omnem in cœlo ac terrâ potestatem (d), etiam demones coercendi (e), ceu bona Spiritûs S. paraphernalia (f), ipsamq; Deitatem (g), ac nomen super omne nomen (h), & immanes alios divini honoris titulos pleno agmine admetiri,

admetiri, deniq; ipsum Filium Dei in gloriâ Majestatis suæ ei sub-
jicere, tanquam Matris hujus pro dignitate imperantis (i) filiali
reverentiâ cultorem ** (k); quæ omnia apertam ad gentilismum
apostasiam produunt. [*Esa. 44, 17. 25. 26. ** Joh. 2, 4.] *Contra* (a)
Bonam def. B. V. proæm. ad eccles. prelatos (b) cap. 6. p. 67. (c)
cap. 10. §. 5. (d) §. 3. (e) cap. 6. p. 67. (g) *Leon. X. epist. ad Recinet.*
ap. Bembum. l. 8. ep. 17. (h) *Idiot. ap. Vieg. in Apocal. 12. p. 544.*
(i) *Bon. cap. 10. p. 109.* (k) *Bernard. de Busto, it. Corn. à Lap. in*
Prov. 31, 28 p. 896.

LXII.

Salutationis Angelicæ crebrior meditatio utut suâ quâdam
utilitate gaudeat *, mira tamen ejus & audax est interpolatio (a),
quæ pro digno insipientis clerici invento † aptam ad preces formu-
lam inde exsculpsit, quæ indulgentiis perperam promovetur (b),
& orationi dominicæ decuplo plus iteranda (c) in rosario fanatici
empæctæ pessimè conjungitur ** (d), cujus rosarii deprædicatæ
virtutes, & institutum officium rectè à jansenianis rejecta ac de-
risa sunt (e). [*Luc. 1, 28. conf. ib. Brentius. ** Matth. 6, 6. 7. † vid.
Vice-Com. vol. 2. observ. l. 3. de miss. rit. c. 21.] *Contra* (a) *Marchant.*
hort. post. p. 389. (b) *nuperam bullam Clem. X. esse Bonâ c. 11. p.*
127. (c) *Bonam c. 14. p. 154.* (d) *Al. Rediv. part. 2. c. 60.* (e) *Bon.*
c. 4. §. 1.

LXIII.

Memoriam sanctorum Apostolorum & Martyrum, alio-
rumq; de Ecclesiâ optimè meritorum, ritè veneramur *, à censu-
râ canonis Gangrensis † propterea quàm qui maximè immunes
(a), festa etiam nonnulla ad celebrandam atq; imitandam virtu-
tem illorum, & agendas pro iis Deo gratias, absq; conscientie
scrupulo retinemus ** (b); quorum tamen invocationem rectè è
Litaniis ejecit Lutherus (c), uti & hymnos ac sequentias in eorum
honorem compositas optimè Herm. Bonnus noster correxit ***
(d). [*Matth. 26, 13. Luc. 1, 48. ** arg. Esth. 9, 27. 28. *** 2. Tim. 2, 15. †
Can. 20. Gang.] *Contra* (a) *Svarez ap. Rivet. tom. 1. p. 1241.* (b)
Radec. not. ad l. Smigl. c. 4. (c) *Serrar. litaneut. l. 1. c. 1. §. 10.* (d)
Shulding. biblioth. Eccles. de expos. missalis tom. 4. p. 17. &c.

LXIV.

LXIV.

Etſi moderationem pœnæ temporalis reſpectu pietatis parentum defunctorum *, & triumphantis eccleſiæ pro militanti generali interceſſionem piè credimus, tamen ſancti coelites neq; ſecundariò (a), aut participativè, neq; ſolâ interceſſione noſtri mediatores apud Deum ſunt ** (b), adeoq; pro interceſſione hac neq; piè neq; utiliter iis ſupplīcamus *** (c), quippe quæ duliſ pa-ganicæ πολυθεΐτης propria excuſatio, ei; ex eſſe parallela eſt (d), de quâ non item ut Jeſuitæ bene ſperamus (e). [* 1. Reg. 11, 34. ** 1. Tim. 2, 5. 1. Joh. 2, 1. *** arg. 2. Reg. 2, 9.] *Contra* (a) Coſter. *Enchir. contr. c. 22. p. 660.* (b) Bell. l. 1. de SS. b. c. 20. reſp. ad 2. argum. (c) Concil. Trid. ſeſſ. 25. (d) Bellarm. l. c. §. dices hoc. (e) Trig. de exped. Sin. l. 1. c. 10. p. 114. conf. ib. p. 117. & l. 4. c. 6. p. 408.

LXV.

Faluſum eſt, Sanctos à Pontificiis tantum invocari propter eam interceſſionem, quam viventes nobis invicem præſtamus (a), quos utiq; ne nimium honorarent, cautio eſſe debebat (b), dum eorum in omnibus periculis omnipreſentem & omnipotentem gratiam ambiunt (c), idq; vi meriti (d), & dignitatis eorum, quâ Deo jubeant (e), & ceſſante Chriſti Sacerdotio hoc ejus officium plenariè exequantur * (f), dum collatum in eorum nomine baptiſmum ratum habent (g), & iratos placare ſtudent; quòd enim ea, quæ à diviſ, eodem modo, quo à Deo, petunt, alio tamen ſenſu expeti dicunt, mera cavillatio eſt (h) eorum, qui ſuas diſtinctiones ipſi non intelligunt. ** [Jerem. 2, 13. c. 17, 5. * Hebr. 7, 24. ** reſte Bell. l. 2. de imag. c. 22. §. 4ta.] *Contra* (a) Bell. l. 1. de SS. b. cap. 17. §. itaq; (b) Comit. diſſp. ſel. p. 9. (c) Coſter. *Enchir. contr. c. 22. p. 652. & alibi paſſim.* (d) Lomb. l. 4. ſent. diſt. 45. g. (f) ſoſculos Franciſci ap. Gerb. L. de juſtiſ. §. 54. (g) Bonacin. tom. 3. op. diſſ. 2. q. 1. pnnit. 4. §. 19. (h) Bell. l. c. §. eſt tamen.

LXVI.

Sanctorum poſt fata interpellatio apud veteres, poſt effloſcentem ſub Chriſtianis Imperatoribus Eccleſiæ ſtatum, etſi non ſemper benignam interpretationem admittat, ſæpius tamen non vera invocatio, ſed nudum potiùs votum fuiſſe intelligitur, per patheticam apoſtrophem expreſſum (a), cujuſmodi apoſtrophe, ex

D

vehe-

vehementi rhetoricandi studio Patribus frequens est, tum ad animas defunctas, tum ad exanimas creaturas, & quatenus legitimis terminis continetur, nec in nostris ecclesiis omnino insolescens*; quo tamen colore hodiernæ papisticæ preces non excusantur (b). [Sic Es. 1, 2. Ps. 148, 3. 4. Sic in hymn. Maria du bist außergehret. it. Ihr siirden Engel walter &c.] *Contra* (a) Bell. l. 1. de S. beat. c. 19. §. porro (b) eund. l. 2. de reliq. sanct. c. 24. §. ex his.

LXVII.

Communio sanctorum (si qua superstitum cum defunctis in Symbolo intelligitur) non est homiletica aut amœbæ officiorum ac precum, sed participativa beneficiorum Christi* (a), quare non eadem ratio est mortuorum, quæ viventium, ad communem hanc deprecationem sollicitandam (b), neq; de beatis, quod specialem nostrarum necessitatum cognitionem habeant, magis constat, quàm de Patribus V. T.** (c), & animabus, quas Pontificii dicunt in purgatorio cruciari, cum terrenæ miseriæ ignorantia beneficii loco potius promittatur***, quàm ut de revelatione suspicari liceat (d), unde Deus potius inter nos & sanctos mediator constituitur. [* Col. 1, 18, 20. ** Es. 63, 16. *** 2. Reg. 22, 20. conf. Apoc. 14, 13.] *Contra* (a) Bell. l. 1. de S. beat. c. 18. §. accedat. (b) eund. c. 20. resp. ad 6um. (c) Becan. man. l. 1. c. 7. q. 4. n. 25. (d) eund. n. 19. 20.

LXVIII.

Speculum Gregorianum plerorumq; retrò Patrum hypothese intermedio refrigerii loco repugnans ad stabiliendam hagioduliam ineptè inventum est (a), cum per matutinam cognitionem (quæ dicitur Hipponensi Præsuli) effectus à causâ, cui eminenter inest, non distingvatur*, nec egressio animarum è coelis, quod non tam loci, quàm statûs nomen est, concedi debet** (b), neq; celeritas animarum, neq; Angelica internuncia (c) ad omnimodam tot precum & votorum, quibus Sancti fatigantur, notitiam sufficiunt***. [* arg. Apoc. 6, 10. 11. ** Luc. 16, 26, 31. *** Apoc. 14, 13.] *Contra* (a) pastoral. epist. Episcopi Tornac. p. 11. (b) Greg. de Valent. tom. 4. in Thom. disp. 11. q. 1. punct. 2. (c) Comit. disp. sel. pag. 7.

LXIX.

LXIX.

Canonizatio Sanctorum, prout hodie instituitur, planè aliena à relatione nominum in sacra diptycha, quæ à priscis facta esse legitur (a), est ipsissima gentilium ἀποθεωσις (b), nisi quòd inepta quorundam modestia divorum nomine de iis uti nolit (c), quibus alia divinitatis epitheta non negantur * (d), quique dignitate, officiis ac provinciis ut quondam majorum ac minorum gentium Dii passim distinguuntur (e), & post receptam semel Platonitam hanc Philosophiam, singuli singulis mutato saltem nomine & Symbolo substituuntur **. [* Jer. 16, 20. ** c. 2, 28.] *Contra* (a) *Casal. de ritib. vet. Christ. c. 76.* (b) *Bell. l. c. cap. 7.* (c) *eund. init. recogn. lib. de V. D.* (d) *P. Jov. hist. l. 24. qui eos DEOS TUTELARES vocat.* (e) *Cosser. enchir. controuv. p. 671.*

LXX.

Perinde ut Symbolorum & nominum multitudo apud ethnicos plures Deos peperit, ita apud Pontificios sancti coelites variis cognominibus à locis, fabulis & eventibus petitis multiplicantur, ut perinde jam S. Maria dolorosa, Hallensis, Lauretana, Montis acuti, Montis ferrati, de spasmo, de febribus, de rosario &c. in varias formas se effundat, ut olim Diana Trivia, Lucina, Proserpina &c. ut una altera potentior, & ad certos eventus benignior esse, vulgò credatur. [Jer. 11, 13.] *Contra* *Fr. Ludov. Bonam defens. B. V. cap. 17. §. 2. conf. Cosser. enchir. controuv. p. 670. & Riber. in Os. 2. n. 66. p. 58.*

LXXI.

Injuriosus foret Sanctorum cultus in plerosque beatos, præsertim V. T. Patres *, qui à Pontificiis vulgò negliguntur †, nec citra ingentem absurditatem iis, quos infallibilis Scripturarum auctoritas approbavit **, præfertur eorum sanctitas, quibus de se ipsis nunquam constitit, an fuerint in statu gratiæ, idque iudicio Pontificis (a) nec de se ipso certi, quod ex dubio discursu Propheticum esse (b), in his præsertim facti quæstionibus, fungis perfruuntur ***. [* Ps. 116, 15. ** deut. 34, 10. Rom. 4, 20. 21. 22. *** c. 3, 4. † Tertull. apol. c. 13. cum alii alios colitis, utique quos non colitis, offenditis.] *Contra* (a) *Bell. l. c. cap. 8. 9.* (b) *Staplet. relect. pr. fid. controuv. 4. q. 2.*

LXXII.

Sapius in Sanctis suis Pontificios, eorumq; integras nationes falli, ut damnati pro martyribus, excommunicati pro fidelibus, hæretici pro catholicis publicè invocentur, negare nequit (a), qvi suspectam apud ipsos adversarios legendarum fidem, qvi certamina de Raimundo Lullo †, pugas schismatis Papalis ††, & martyrologii Gallicani †††, & peculiarem cujuscunq; ecclesiæ devotionem †††† probè consideraverit, ut & cultum Georgii, Christophori, & undecies mille virginum, aliorumq; quos tamen unquam in rerum naturâ extitisse, certò docere nequeunt (b). [† vid. Dorsch. part. I. diss. ad Ex. p. 85. seqq. †† exempl. Catharinæ Senensis & Petri Luxemb. v. ap. Claud. defense de la reform. cap. 7. p. 166. ††† exempl. de Fausto Rejenfi & Prudentio Trecafino v. ap. Cellot. l. 2. hist. Gotsch. c. 4. §. unico. & l. 3. c. 9. p. 183. †††† vid. M. Ant. de Dom. l. 7. de Rep. Eccl. c. 5. n. 59.] *Contra* (a) *Casal. de ritib. vet. Christ. cap. 21.* (b) *Bell. l. c. cap. 20. resp. ad 8um.*

LXXIII.

Quæ animabus beatis non convenit, multò minùs exanimis corporibus, eorumve particulis, jam in cineres & vermes quondam; reductis (a), vestibus item aut sepulchris, aut vivorum quondam instrumentis, aliisve quisquiliis ligno & lapide vilioribus, exhibenda est affectu religioso ac sacro osculo (b) de geniculis adoratio, sive ea secundùm se apprehédantur, sive cogitatione cum eo, cujus sunt, conjungantur (c), nec ab illis, ceu spiritualibus armis (d), efficax auxilium sperari potest (e), quod in Papatu fieri frustra dissimulatur (f). [arg. neg. ex 2. Reg. 13, 21. Act. 19, 12.] *Contra* (a) *Vasq. in 3. Thom. disp. 112. c. 8. p. 885. seqq.* (b) *Bell. l. 2. de reliq. S. c. 2. §. ult.* (c) *Vasq. l. c. disp. 113. cap. 2. p. 887.* (d) *Annal. Japonens. ap. Dall. de Ob. C. R. p. 177.* (e) *formulam juramenti c. 35. VI. c. 5.* (f) *Bell. l. c.*

LXXIV.

Detectio, dissectioq; corporum, & apophoretorum inde distributio, ex quacunq; licet in defunctos pietate orta, plus ignominie quàm honoris habet (a), perinde ac sordida ista nundinatio ab Imperatoribus quondam prohibita †, quem Ægyptiæ su-

per-

perstitutionis morem satis maturè in Ecclesiam invecdum, meritò Antonius in suo (b), uti Deus opt. max. in Mosis corpore clam condendo cavere voluisse credi poterat. [Deut. 34, 6. Act. 8, 2. † 1. 3. C. de SS. Eccles.] *Contra* (a) Bar. an. 764. n. unico, (b) eund. anno 358. n. 23.

LXXV.

Incertæ ac falsæ sunt pleræq; apud Pontificios reliquæ (a), & interdum satis absurdæ †, multis etiam bis quaterve & pluries non sine impudentiâ multiplicatis ††, quas nihilominus bonâ fide adorari debere, etsi non liqveat certò, quæ vera sint, plane brutum paradoxum est (b); quarum mendacia satis etiam arguit præpostera inventio, dum pretiosissimum quodq; *κειμήλιον*, antiqvis omnibus quàm diutissimè ignotum jacuit (c), ut posteriorum seculorum enthusiasmo fabulosis prodigiis, & nocturnorū spirituum ad sui honorem *κακοζυλία* * (d), ipsiusq; dæmonis sat digno testimonio ** (e) inflatus, hanc impietatis partem degeneri Christianismo adderet. [* Rom. 12, 7. Phil. 3, 15, 16. 1. Joh. 4, 1. ** Joh. 8, 44. † sic Sentum Michaëlis Archangeli, de quo vid. Dall. de ob. C. R. p. 683. †† exempl. contentionis de corpore S. Lucæ Bosniensis & Patavino vid. ap. Horring part. 4. hist. eccl. p. 107.] *Contra* (a) Bell. l. c. cap. 4. §. adjectum. (b) Ferrand. disq. reliq. l. 2. c. 1. (c) Joh. Baptist. Laurum de annulo pronubo Mariæ p. 17. seq. (d) Baron. an. 415. n. 7. seqq. (e) Tanner. part. 2. anat. A. C. dem. 9. §. 133. Si nobis non credimus, credamus saltem diabolo & angelis ejus. confer. alia ap. Hann. Pell. Ov. §. 736.

LXXVI.

Non potuit Vigilantius sui temporis Christianis objicere, quod nos in Pontificiis damnamus, nec ejus placita ad nostras hypotheses pertinent (a), nisi Hieronymus ut immodestus †, ita etiam mendax fuit; nec scorpiaces Tertullianæ adversarii, nec Eustathiani (b) ob impugnatum reliquiarum cultum, sed illi ob damnata martyria, hi ob improbatos publicos conventus refutati sunt; quæ autem de Judæorum ingenio alibi addit iratus Pater ††, satis redarguunt imprudentē de Maccabæâ muliere, quod reliquias adoraverit, narrationem (c). [† judicium de eo Erasmi in arg. lib. cont. Vigil. †† Hier. ep. ad Ripar. tom. 2. op.] *Contra* (a) Bell. l. 4.

de not. Ecel. 1. 9. n. 13. (b) Vasq. in 3. Thom. q. 25. disp. 12. c. 1. (c) Nazianz. orat. 32. tom. 1. op.

LXXVII.

Objectum religiosæ adorationis semper eandem ultimato terminat, ac proinde nullam scheticam aut relativam adorationem admittimus (a), aut quæ mediante imagine vicariâ exhibetur (b), nec honor, qui prototypo debetur, ad ea, quæ secundum imaginationem ei conjuncta sunt, eodem venerationis motu (c) saltem improprie & per accidens (d), vel ratione signi exterioris (e) referri debet, nec quicquam huc facit Aristotelica de comparatione imaginis & phantasiæ speculatio (f). [Lev. 26, 1. Deut. 4, 15. 16.] *Contrm* (a) Jerem. Patr. in abt. Const. resp. 1. pag. 128. (b) Concil. Trid. sess. 25. (c) Vasq. in 3. Thom. q. 25. disp. 108. c. 3. (d) Tanner. tom. 3. Tb. Schol. disp. 5. q. 2. dub. 2. n. 166. (e) eund. n. 158. (f) Thom. part. 3. sum. q. 27. art. 3.

LXXVIII.

Imago quidem honoris, qui in ornatu & positu versatur, nec non contumeliæ in exemplar devolvendæ capax dici potest, non autem venerationis (a), unde liber de passione imaginis Christi, qui M. Athanasii nomen nequicquam mentitur, nil prodest imaginum patronis (b), cum virulentam ejusmodi audaciam non tantum divinitus notari *, sed & in foro politico (quatenus ita in Principis imaginem peccatur) puniri justum sit †, quod tamen supplicationes Augustalibus statuis ** (c), vel externam salutationem, iudice ipso Carolo M. ††, non potest decernere. [* arg. Dan. 5, 23. ** cap. 3, 18. † vid. histor. ap. Theodoret. 1. 5. c. 19. †† Car. M. lib. 2. de imagin. c. 35. conf. 1. si quando 2. C. de stat. & imag.] *Contrm* (a) Bell. 1. 2. de imag. Sanct. c. 12. arg. 7. (b) eund. §. miracula. (c) Plin. lib. 10. ep. 97.

LXXIX.

Intempestiva est & noxia plebi Pontificiæ liberalitas, quæ devotionem ejus magnifico templorum atq; imaginum ornatu excitare vult (a), illisq; donaria & tabulas votivas appendit, cereos ac thura accendit (b), ut opus spiritualis misericordiæ exercent (c),
quæq;

quæq; pictis membranulis, Eucharistiæ icunculis, ægni Dei, aureâ rosâ, & id genus aliis consecratis donis simplices animos fascinare solet (d). [Ef. 45, 16. Rom. 16, 18.] *Contra* (a) Fr. Lud. Bonam def. B. V. c. 10. §. 1. (b) Vasq. in 3. Thom. q. 25. disp. 98. c. 3. n. 13. (d) notam Pontificum Rom. & Jesuitarum praxin.

LXXX.

Dedicationes ac consecrationes imaginum ac rerum inanimatarum idololatricæ sunt, & ethnica influentias, occultamque Numinis ac virtutis divinæ in illis præsentiam impiè stabiliunt (a), dumq; una miraculis celebrior, & ad spirituales effectus efficacior habetur, quàm altara (b), & auxilium inde minis extorquetur (c), magis in ipsis, quàm earum prototypis vulgò collocatur fiducia; quæ Papatûs praxis omnia tria requisita, quæ caveri vult Bellarminus, evertit (d), & malâ fide à purpuratis Patribus dissimulatur (e). [Ef. 44, 17. c. 57, 5. Dan. 5, 23.] *Contra* (a) formul. consecr. Uti sit hæc imago demonum sancta expulsio &c. (b) Bell. l. 2. de imag. c. 18 (c) exempla ap. Antonin. part. 2. tit. 14. c. 2. sect. 3. & in hist. Lombard. cap. 126. (d) Bell. l. c. cap. 12. init. (e) Concil. Trid. sess. 25. de invocat.

LXXXI.

Vera fuit apud gentiles idololatria, etsi illi pari excusatione uti sunt, quâ hodie Pontificii utuntur, quòd non absolutam, sed relativam adorationem imaginibus suis tribuerent, ut Deorum anathematis, simulacris & symbolis (a), nec adeò peponem pro corde gesserunt Judæi moscholatræ, ut idola sua potius ipsam Jehovah, quàm Jehovah sacra esse voluerint * (b), quanquam dari homines tam portentose stupidos, etiam inter plebem Christianam, non oporteat negare ** (c). [* Ex. 32, 4. 5. 1. Reg. 12, 18. conf. R. Maim. Mor. Neb. part. 1. c. 36. ** Ef. 44, 19. conf. Polyd. Virg. l. 6. de rer. invent. cap. 13.] *Contra* (a) Monita salut. vind. app. p. 38. (b) Bell. l. c. cap. 13. §. 3. mend. (c) Sander. de imag. in prolegom. Bonæ pag. 3.

LXXXII.

Turpior ejusmodi ethnica amentia imitatio est religiosa adoratio, quæ ratione internæ submissionis & affectus ad imaginem

nem

nem juxta propriam excellentiam terminatur, non adorato directè & formaliter exemplari (a), etsi mitius, quàm latræ nomen sortiat (b), aut quæ formaliter ad utrumq; uno eodemq; animi interno affectu dirigitur, ut terminus adæqvatus unius ejusdemq; numero cultus tam ex imagine, quàm prototypo directè apprehensis intolerabili compositione constituitur (c), in quâ identitate cultus absurdum est *negosφύστος* ad diversitatē modi (d). [Deut. 5, 8. 9. Pl. 97, 7. Ezech. 8, 3. 4.] *Contra (a) Tanner. l. c. dub. 7. assert. 2. & sequentiam: Salve sancta facies Ec. (b) Tan. assert. 3. (cd) eund. dub. 6. assert. 2. 3. 4.*

LXXXIII.

Longè alia ratio est typici intuitus in æneum serpentem, & adorationis imaginū, nec ille, etsi omnium oculis rectè expositus (a), hoc religioso cultu à vulneratâ turbâ honoratus est * (b), cui cum postea suffitus fieret, laudabili zelo ab Ezechiâ destructus est ** (c), quāquam veneratio illa non major erat, quàm imaginibus à Pontificiis exhibetur † (d), ut adeò bonos istos inquisitores, quos ægypti ejus aspectum ad sanationem infantilium lumbriorum populo prohibuisse Mediolani relatum accepimus, hic non oportuerit rigidiores esse, quàm in aliis idolis suis, publicè quā proponendis quā tolerandis, esse solent. [* Num. 21, 8. 9. ** 2. Reg. 18, 4. † teste Vasq. in 3. Thom. disp. 104. c. 5. n. 24. 25.] *Contra (a) Bez. colloq. Mompelg. p. 395. (b) Bell. l. 2. de im. Sanct. c. 12. inis. (c) Gregor. II. epist. ad Leon. in anteaet. Concil. VII. (d) Bellarm. l. c. cap. 17.*

LXXXIV.

Imaginum adoratio à Simonianis †, & Gnosticis †† in Ecclesiâ derivata est, quippe quas illa antiquitūs ob ethnoicismi odium ferè nullas habuit ††† (a), nec magis in tabulis, quàm parietibus Elibertina Synodus toleravit (b), ut frustra sint, qui lacerationem veli Anablathensis suspectæ fidei postulant (c), aut ex *ἀναθήματα* templorum Constantini (d) ac *ἱε* Christianismo à Judæis objectâ contrarium elicere conantur (e). [† vid. Euseb. l. 2. hist. eccl. c. 13. Gr. †† Iren. l. 1, adv. hæ. c. 24. ††† vid. ipse Ferd. Mendoza]

dozaad c. 36. Elib. tom. 1. Concil. edit. Labb. p. 1231. seqq.] *Contra* (a) Bellarm. l. c. cap. 9. §. 2do prob. (b) eund. §. alii ergo. (c) ib. §. ad 5um. (d) ib. §. Sozomenus. (e) ib. cap. 6. §. Nicol. Sand.

LXXXV.

Sicut iconomachi veteres ab omni idololatriæ specie vix videntur absolvi posse †, ita non satis liquet, an concilii Niceni II. Patres, quod reverà universale non fuit (a), tam foedam decreverint, cui nulla in ecclesiâ Romanâ accessio facta sit ††, quorum tamen gestorum Carolus M. ejusq; Episcopos ita ignaros fuisse, ut alienam mentem illis affinxerint, temerè asseritur (b), Imperatoris autè Capitulare supposititiū esse (c), & decreta Francofurtensia ab antiquis Scriptorib; aliunde deceptis falsa narrari (d), frigida malæ causæ cavillatio est. [† vid. infra. †† conf. Bell. l. c. cap. 22.] *Contra* (a) Bell. ib. cap. 12. §. post annum. (b) eund. c. 14. §. neg. obstat ult. (c) eund. c. 15. (d) Simnich. Goliath. profl. cap. 52. p. 442.

[† Bellarminus quidē l. 2. de imag. Sanct. c. 14. urget contra Magdeburgenses definitionē concilii Constantinopol. iconomachici pro invocatione Sanctorū, quā etiam anathema pronuntiatur ei, qv̄i Mariam non omni invisibili creaturā majorem esse credat, aut intercessionem ejus non postulaverit; sed notat Rivetus tom. 3. op. p. 669. Epiphaniū diaconum asserere, quod Patres postea hunc articulum deleverint. Hospinianus autem de Templis p. 231. eos canones planè spurios aut saltem corruptos esse autumat. Certè Constantinum Copronymum reliquiarum & Sanctorum cultum pariter cum imaginum adoratione rejecisse, testatur ejus constitutio, quæ sub nomine Caballini extat ad calcem Codicis Justiniani. De Sanctis idem probat ex Zonarâ Hottingerus tom. 1. hist. eccl. p. 540. Svidas etiam pro ingenti suo erga hunc Constantinum odio invisa quæq; dicturus, rejectos ab ipso cum reliquiis ipsos Sanctos qveritur, præsertim Beatam Virginem, postquā peperisset, non majoris quàm loculos auro vacuos æstimatam, ut legitur locus ad finem historiae Micephori adscriptus. Adducit etiam Hospinianus p. 115. concilium Nicenum II. pro assertionē cultūs reliquiarum contra iconomachos. Unde concluditur, pariter ab his oppugnatum fuisse, quod ab illis pariter fuit vindicatum. An autem ulterius processerit (Constant.), non liquet, inquit Hofmannus in lexico historico-geogr. nuper edito. Damasc. orat. 1. de imag. earum venerationem probat ab exemplo adorandi Cedidis

E

Evan.

Evangelici, panis Evcharistici, crucis & vasorum sacrorum, quod argumentum planè alienum fuit, nisi iconomachi horum adorationem probarunt. De Evcharistiâ non omnino nullam suspicionem movent verba, quæ ex illorum concilio Constantinop. adducit Hospin. p. 157. propterea substantiam panis apponi iussam esse, *ne scil. humanâ effigie figuratâ idololatria induceretur*; quasi in figurâ humanâ idoli natura consisteret. De cruce apertius indicium est in epist. Mich. Balbi ad Ludov. Imp. in Syn. Paris. ut laudatur à Dall. de imag. p. 493. cum queritur, *honorificas & vivificas cruces ab idololatria ablatas esse, earum loco propositas imagines*. In occidente etiam Carolus M. argumentum à veneratione Crucis petatum non nisi ob disparitatem refellit, antecedens non negat, potius multis Crucem extollit l. 2. de imag. c. 28. nec minus lib. 3. c. 24. reliquiarum venerationem concedit.]

LXXXVI.

Quamquam idolum temerè definitur, quòd archetypum suum verâ imitatione non referat (a), tamen imagines Christi & Sanctorum illam idoli definitionem facillè subibunt, etiam ipsum quod dicitur sudarium Veronicæ, & decantatissimæ famæ Edesenum donarium (b), cum nec de pulchritudine Salvatoris nostri inter ipsos adversarios †, nec de facie ejus aut Apostolorum inter primavos Patres constet ††, Sanctos etiam Pontificii non nisi accidentariis notis distinguant, quas si detraxeris, facillè Andreas idem erit qui Jacobus vel Petrus, facillè etiam Veneris statua pro Mariâ Virgine adorabitur. [† vid. Dorſch. Pentad. p. 613. †† August. lib. 3. de Trinit. cap. 4. §. 5.] *Contra* (a) Bellarm. l. 2. de reliq. sanct. cap. 5. §. deinde. (b) Baron. an. D. 31. n. 61.

LXXXVII.

Otiosa est & inutilis subtilitas, magis protuberantis, quam depressæ formæ imagines prohibitas esse credere (a), aut rejectis sculptis & integris, pictas tantum & umbilicum tenus factas colere (b), ac ternis metanœis venerari (c), in quibus tabulis majorem quam in signis modestiam ex naturâ rei nullam agnoscimus (d). [Lev. 26. 1. Ezech. 8. 10. 12.] *Contra* (a) R. Maim. de idolol. c. 3. §. 12. 13. (b) Critopul. conf. Eccl. orient. c. 15. p. 125. (c) Menol. Græc. tit. διαταξ. τῆς ἀρχιερω. p. 1. 2. edit. Goar. (d) More mystery of godliness l. 10. c. 14. §. 17.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

Esti autem Græcorum iconolatriam & in eo damnamus, quòd imaginem Christi hypostaticà quādam latriā adorarint, quæ ad solum Christum pertineret, excluso Patre & Spiritu Sancto * (a), non tamen putamus eos necessariò aut iisdem blasphemii involvi, quibus Eutyches, aut propter adumbratam solum carnis Christi formam Nestorianæ inventionis reos esse ** (b), nedum Sanctos in coelis triumphantes ignominia affici, cum inanimi materiā exprimuntur *** (c). [* Joh. 14, 13. ** Apoc. 1, 13. *** Exod. 25, 18.] Contra (a) *Blastar. Syntagm. Alphab. lit. E. cap. 6. edit. Bevereggii tom. 2. Synod. part. 2. p. 110.* (b) *Concil. Constantinop. iconomach. ap. Hosfin. de Templis p. 157.* (c) *id. ap. Hoff. p. 158.*

LXXXIX.

Retentio etiā imaginum, quæ nil indecori aut anthropomorphitici erroris continent, per se scandalum non præbet (a), sive illarum prototypa supersint, sive minùs (b), etiamsi nulla illis addita fuerit inscriptio * (c), nec illa sacrarum historiarum & passionis Christi emblemata in nostris Ecclesiis, aut à Doctoribus symbolicè ita pictis, flexo genu ac detecto capite honorantur (d), aut prototypo præponuntur ** (e), sed usum potiùs idiotis moneuticum & didacticum præbent *** (f), unde nihil temerè in Carolstadiano certamine Lutherus egit (g), sed Francosurtensum & Parisiensem moderationem contra Orientalium nimium utrinq; rigorem rectè secutus est. [* Dan. 7, 19. ** Apoc. 5, 8. *** Gal. 3, 1.] Contra (a) *Polan. Syntagm. Theol. l. 9. c. 21. p. 1132.* (b) *Blastar. l. c.* (c) *Henr. Morum l. c.* (d) *Wendel. Exerc. 136. p. 2083. 2087.* (e) *Greif. tom. 1. de Cruce, præf. ad Lect. p. 8.* (f) *Hornium hist. eccl. p. 174. seq.*

XC.

Circa verba de sculptilibus è Catechismo omiſſa nullum sacrilegium Lutherus in iconolatriæ gratiam commisit * (a), nec de divisione decalogi est quòd anxie disputemus, cum neutra sententia orthodoxiæ obsit; est tamen præter alia Theologorum argumenta nobis in ipsà quoq; duplici textûs accentuatione fundamentum non contemnendum (b), ut contra Paraphrasæ Jona-

E 2

thanis,

hanis, quorundamque Patrum auctoritatem, qui ab adversa parte stant, omne de imaginibus præceptum sub generali effato de Diis alienis prohibitis contineri credamus **. [* argum. Rom. 17, 9. ** Deut. 5, 7. 8. 9. 21.] *Contra (a) Rivet. tom. 1. op. in expl. decal. p. 1227. (b) Buxtorff. differt. de decal. lib. 64. seq.*

XCI.

Figura crucis non rectè ad imagines Christi refertur (a), & qualis hodie vulgò effingitur, fortè verum dominicæ passionis stipitem non satis rectè imitatur (b), licet autem cum habitudine ad Christum ut prototypum concipiatur, tamen nec latriâ (c), nec quocunq; alio analogico & reductivo cultû vel invocanda vel adoranda est (d), in quâ salutis spes & auxilium collocetur (e), cum nec ipsa authentica, in quâ Dominus pependit, pro instrumentali liberationis nostræ causâ (f) honorari possit. [argum. 2. Reg. 18, 4. Gal. 3, 11.] *Contra (a) Gretf. tom. 1. de Cruce lib. 1. cap. 59. p. 200. (b) Bellarm. l. 2. de imag. cap. 30. §. ad 4um. (c) Thom. part. 3. sum. q. 25. art. 4. §. Gretf. l. c. cap. 57. (d) Bellarm. l. c. cap. 25. §. ult. (e) hymnum pasceves: O crux ave spes unica &c. (f) Bell. cap. 27. arg. 1.*

XCII.

Primitiva Ecclesia non magis staurolatris, quàm asinaria fuit (a), admittentibus interim utriusque criminis societatem Pontificiis † (b), & frequentes illæ crucis compellationes, quæ apud Patres deinceps occurrunt, de passione ac merito Christi rectius, quàm de inanimi isthoc ligno, explicantur (c), quod nec ab Helenâ inveniri, ac per orbem distribui (d), nec dehud in Calvariâ ab Heraclio erigi potuit (e), si verâ ejus in cœlum assumptio est ††, cujus cæypa ut nec in labaro Constantini (f), nec in Imperatoris numismatibus (g), ad venerationem fuisse proposita, ita in primâ Christianismi ætate nulla deprehenduntur, unde & Thomæ in India effossæ cruci recentiores natales meritò adscribimus (h). [† teste Vasq. in 3. Thom. q. 25. disp. III. c. 6. n. 22. †† quam statuit Chrysostomus homil. 77. in Matth. tom. 3. Lat. p. 830.] *Contra (a) Bell. l. c. cap. 12. §. Tertull. (b) Gretf. l. c. cap. 59. (c) eund. cap. 55. (d) Bzov histor. eccl. an. 326. num. 6. 7. (e) eund. an. 528. n. 1. (f) Vasq.*

*Vasq. l. c. cap. 4. p. 876. (g) Gretf. tom. 3. l. 1. c. 3. p. 1794. (h) Cado
sal. de vet. Christ. rit. cap. 2.*

XCIII.

Vecordis ingenii homines sunt, quibus solum phantasiae propositum ex rebus utensilibus sacras imagines format, ut sepulchrum, praesepe, clavi ad imitationem aut representationem reliquiarum (ut vocantur) Christi fabricata, aut spinæ in hunc usum delectæ, objecta religiosi cultûs fieri possint. [Ez. 44, 15. Jer. 2, 27.] *Contra Gretser. tom. 1. de cruce cap. 59. p. 200. nec non Bellarm. l. c. cap. 30. §. ad 4tum.*

XCIV.

Omnes omnino res mundi, tum vivas tum inanimas, & sic vel modulum straminis, cum Deo, ceu imaginem vel opus ejus cogitatione junctas, ex naturâ rei adorabiles pronunciare, ipsissima est Aegypti dementia (a), in crocodilo, porro, cepe, &c. æternas ideas adorantis, quam horrendam superstitionem, à nostris æquè ac à Calvinianis hypothesebus alienissimam (b), in Papatu verò (teste experientiâ) sat profundè radicatam, socius religionis refutaturus, subtiliùs quidem, nec ipse tamen satis dextrè loquitur (c). [Ezech. 30, 7. 8. Rom. 1, 25.] *Contra (a) Vasq. l. c. disp. 110. c. 2. (b) Wendel. Exerc. 115. p. 1871. (c) Tanner. tom. 3. Tb. Schol. disp. 51. quæst. 2. dub. 7. num. 217. seq.*

XCV.

In objecto adorationis religiosæ etiam ille peccat, qui occultam & subtiliorem amplectitur idololatriam, qualis sæpe solet esse divitiarum vel divinationis studium, aut nimius erga liberos, patronos, aut quidvis aliud, amor, reverentia, aut fiducia, licet illa non fuerint appreciative summa (a), quam idololatriam, ob negationem actûs reflexi, metaphoricam dicendam esse negamus (b). [Eph. 5, 1. Phil. 3, 19. Ez. 31, 1. 3. conf. Luth. Catech. Maj. p. 404. seq.] *Contra (a) Melch. Can. part. 3. relect. de panis. p. 843. (b) Vosf. lib. 1. de idolol. c. 3. fin.*

XCVI.

Objecti illius, quod religiosè adoram, non puduit veteres Christianos (a), nec dissimulare illud omnino, sed externâ quoq; revē-

E 3

ren-

rentiâ profiteri nos oportet*, idq; gestu morib9 ejuscunq; eccle-
siaz convenienti (a), nec quisquam ejusmodi ritum, vel sponte, vel
metu cogente absq; ἐραποθυίας crimine imitabitur, quo hono-
rem illicitum idolo præstitisse videatur ** (c), Naamanis facto in
æde Rimmonis talem animi levitatem non excusante *** (d);
quod tamen de iis dictum nolamus, qui cum heterodoxis fortè pre-
ces conjungunt, ubi talis suspicio non est. [* Marc. 8, 38. ** 1. Thess.
5, 12, 23. *** 2. Reg. 5, 18.] *Contra* (a) *Casal. l. c.* (b) *Voet. tom. 3.
disp. sel. p. 186.* (c) *Maim. de עבודת כוכ"ם c. 3. §. 8. it. Jesuitas Si-
nens. Apostolos, notatos à Montalt. ep. 5. prov. p. 65.* (d) *Adr. VI.
in 4. sent. de bapt. q. 1. art. 1.*

XCVII.

Objectum adorationis religiosæ tam affirmativè quàm negati-
vè ex S. Scripturâ satis clarè & apertè colligitur (a), à quâ divinâ
legis literâ ne ob bonam quidem intentionem licet recedere * (b),
nec ejus distincta explicatio inutilis curiositas extra verbum re-
velatum, aut iniquus zelus vocari debet (c), sed pium potiùs scri-
pturæ præstitum obsequium **, quæ negligentiam & oscitantem
Samaritanismum in hoc præsertim fidei capite omnem prohibet,
ne sub specie indifferentium terminorum Christianismus ipse ab-
jureretur ***. [* Deut. 28, 14. ** Eph. 5, 15, 17. *** 2. Joh. 9.] *Contra* (a)
Remonstr. Apolog. fol. 51. b. (b) *Pistor. Hodeg. c. 7. p. 289.* (c) *Grot.
annot. in consult. Cassand. p. 14. 148.*

XCVIII.

Enarrata ista panis Eucharistici, sanctorum, imaginumq;
adoratio ἐυδίαβλητων Muhammedanis †, judæis †† ac paganis †††
reddidit Christianismû*, ut quæ primis temporib9 Christiani ethnici-
cis objecerant, ab iis postea tristi exemplo reorperferint degeneres
filii (a), dūmodo pristinâ atheismi notâ contrario majoribus facto
apud illos elidant (b); & jam impudenter de consensu gentiū sibi
in hoc argumento contra nos gratulantur, qui spretæ ejusmodi
venerationis ab infideli Rege (si tamen Cosrois donum sibi con-
stat) libenter patimur nos accusari **. [* Deut. 4, 6, 16. Matth. 18, 7.
1. Pet. 2, 12. ** Eph. 4, 17. † vid. Horring. tom. 6. hist. eccl. p. 96. seqq. †† dall.
de

de. ob. C. R. l. 1. c. 16. ††† eund. de Cult. Lat. p. 890. seqq.] *Contra* (a) *Bell. l. 1. de. SS. b. cap. 13. arg. 6. (b) Trigant. de exped. Sin. l. 50 c. 4. p. 554. (c) Baron. an. 593. n. 3.*

XCIX.

Christus adventu suo non ita absolutâ potentiâ idololatriam destruere voluit, ut postea nullâ ratione cacodæmôn eam restaurare posset, nec enim illa unquâ in mundo periit, sive à crassâ & exterâ illâ Judæi & Muhammedani immunes sint, sive minùs, nec adeò absurdum est (si quidem ita volunt adversarii) eam in Papatu in augustiorem statum redactam esse, quàm unquâ fuit in paganismò, cum in extremis diebus impietatis incrementa & efficaciam erroris ipse Salvator prædixerit. [2. Tess. 2, 3. 4, 11. Apoc. 13, 4. 12, 15.] *Contra d' Astroy armam. August. p. 339.*

C.

Et si omnia sperare jubet charitas, & nos memores misericordiæ divinæ neminem temerè condemnamus, ecclesiam quoque Christo in moribundis semper aliquâ fuisse, constanter agnoscimus, vehementer tamen timemus, ne multorum æternæ salutis obstet frequens in supremo vitæ momento ad B. Virginem, aliosque Sanctos refugium (a), & imperata à Pontificiis sacrificiis multiplex idololatria (b), quæ cum objectum formale nullum habeat, facile in ipsos dæmones terminatur*; quare periculosissimam hanc communionem, quicumque animæ suæ prodigus non est, sedulò cavebit (c). [1. Cor. 6, 9. Apoc. 14, 9; 10. * 1. Cor. 10, 19; 20.] *Contra* (a) *testim. diab. & Alfons. Fernandez ap. Rivet. tom. 3. p. 714. b. (b) Ceremoniale Rom. de Euchar. & Vist. agro. (c) Patres scatores, Masenium, Volusium &c.*

Τεκνία φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶ ἐιδώλων!
Ἀμήν! 1. Joh. 5, 21.



ERRATA.

Th. V. lin. 3. ininterprete	leg. interprete,
Th. VI. lin. 8. Photiniancm	leg. Photinianam.
Th. VIII. lin. 3. arrogantica	leg. arrogantia.
Th. XVII. lin. 4. dividæ	leg. divinz.
Th. XIX. lin. 6. procudasur	leg. procudatur.
Th. XXXV. lin. 7. ad unitis	leg. ab unitis.
Th. LV. lin. 5. animos	leg. animas.
Th. LXII. lin. 10. post.	leg. post.
Th. LXIV. lin. 7. ex esse	leg. ex affe.
Th. LXIX. lin. 7. Platonitam	leg. Platonica.

*Si qua occurrunt alia, illorum veniam vobis
à B. L. pollicemur.*



*Vasq. l. c. cap. 4. p. 876. (g) Greif. tom 3. l. 1.
fal. de vet. Cbrist. rit. cap. 2.*

XCIII.

Vecordis ingenii homines sunt, quibus
positum ex rebus utensilibus sacras imagines
eorum, praeſepe, clavi ad imitationem aut rep
quiarum (ut vocantur) Christi fabricata, aut
delectæ, objecta religiosi cultus fieri possint.
*Contra Greiser. tom. 1. de cruce cap. 59. p. 2
l. c. cap. 30. §. ad 4tium.*

XCIV.

Omnes omnino res mundi, tum vivas
vel modulum straminis, cum Deo, ceu ima
cogitatione junctas, ex naturâ rei adorabiles
ma est Aegypti dementia (a), in crocodilo, po
nas ideas adorantis †, quam horrendam super
æquæ ac à Calvinianis hypothesibus alienis
verò (teste experientiâ) sat profundè radicata
refutaturus, subtilius quidem, nec ipse tamen
(c). [Ezech. 20, 7. 8. Rom. 1, 25.] *Contra (a) V
(b) Wendel. Exerc. 115. p. 1871. (c) Tanner. tom
quest. 2. dub. 7. num. 217. seq.*

XCV.

In objecto adorationis religiosæ etiam
cultam & subtiliorem amplectitur idololatria
esse divitiarum vel divinationis studium, aut
patronos, aut quidvis aliud, amor, reverentia,
non fuerint appreciativè summa (a), quam ido
tionem actus reflexi, metaphoricam dicenda
[Eph. 5, 1. Phil. 3, 19. Es. 31, 1. 3. conf. Luth. Cate
*Contra (a) Melch. Can. part. 3. relect. de pæn
lib. 1. de idolol. c. 3. fin.*

XCVI.

Objecti illius, quod religiosè adoramus, non
stianos (a), nec dissimulare illud omnino, sed

E 3

